

LUCIDUS, Johannes

Ioannis Lucidi... Opusculum de emendationibus temporum ab orbe condito ad usque hanc aetatem nostram... --

Venetijs : In Officina Luceantonij Iunte , 1537

[8], 198 h., [8, A-Z8, 2A8, 2B6 ; 4°

Marca de imp. en port. y en colofón.

– Pie de imp. tomado de colofón, fechado: septiembre 1537

1. Cronología 2. Kronologia I.

Opusculum de emendationibus temporum ab

orbe conditio ad usque hanc aetatem nostram... II. Título

R-7432

IOANNIS LUCIDI SAMOTHEI

VIRI CLARISSIMI OPUSCVLVM DE EMENDATIO

nibus temporum ab orbe condito ad vsque hanc ætatem
nostram iuxta veram ac rectam chronogra-
phiam ex antiquis ac probatissimis
authoribus.

In hoc volumine habentur hæc.

- Emendationes temporum ab orbe condito.
- Canones in tabulam perpetuam temporum.
- De vero die passionis Christi.
- Epitoma emendationis calendarij Romani.



Venetijs Anno. M.D.XXXVII.



Tabula in emendationes temporum.

¶ Liber primus de annorū & tēporum rōne ac priscorū generatione.

De primo die seculi: de mense & anno: capite. 1.

De mense & anni tempore, quo creatus est mundus. c. 2.

De temporum & ætatum seculi distinctione. c. 3.

De procerâ Gigantum statura in priscis ætatibus. c. 4.

De vita proluxa priscorum patrum. c. 5.

De differenti annorum computatione inter scriptores. c. 6.

De annorum vera computatione s̄m Hebræos. c. 7.

De annorum computatione per Olympiades. c. 8.

De computatione Romanorū per annos ab vrbe condita. c. 9.

De annorum Domini computatione. c. 10.

¶ Liber secundus Hebræorum temporum ab Adam ad Christum.

Prima seculi ætas ab Adam ad diluuium. c. 1.

De Noe & ipsius vxore ac filijs post diluuium. c. 2.

De posteritate Sem. c. 3.

De progenie Iaphet. c. 4.

De progenitis ex Cham. c. 5.

Secunda ætas à diluuiio ad Abraham. c. 6.

Tertia ætas ab Abraham ad legem Moyfi. c. 7.

Quarta ætas à tabernaculo & lege data ad inchoatum templum Salomonis. c. 8.

Quinta ætas à Salomonis tēplo inchoato ad eius desolationē. c. 9.

Sexta ætas à templi desolatione vsq; ad Christum. c. 10.

De tempore captiuitatis Babylonicæ. c. 11.

De tempore à primo anno Cyri vsq; ad magnum Alexandrum ex hebræis libris. c. 12.

De tempore ab Alexandro magno ad Iudam Machabæum. c. 13.

De tempore à Iuda Machabæo vsq; ad Christum. c. 14.

¶ Liber tertius de Itolorum temporum descriptione.

De aureo seculo. c. 1.

De argenteo seculo. c. 2.

De æneo seculo. c. 3.

De stanneo seculo. c. 4.

De ferreo seculo. c. 5.

De plumbeo seculo. c. 6.

¶ Liber quartus de Caldeorū chronographia: in quo agitur de quatuor monarchijs.

De monarchia Caldæorum & regibus Babyloniz. c. 1.
 De monarchia Medorum & Perfarum. c. 2.
 De monarchia Alexandri magni & regibus post eum sequētibz in
 Asia & Syria. c. 3.
 De initio monarchiæ Romanorum. c. 4.
 ¶ Liber quintus de Ægyptiorum temporibus.
 De initio regni Ægyptiorum & eorum Dynastijs. c. 1.
 De. 1 6. & 17. Dynastia. c. 2.
 De Dynastia. 18. Diapolitanorum. c. 3.
 De Dynastia. 19. Larthum. c. 4.
 De Dynastijs à. 20. ad completam. 25. c. 5.
 De Dynastijs a. 26. ad. 30. & paulo ulterius. c. 6.
 De regibus Ægypti, qui regnauerunt in Alexandria. c. 7.
 ¶ Liber sextus de quorundam regnorum exordijs.
 De origine regni Hispanorum. c. 1.
 De initio regni Gallorum siue Francorum. c. 2.
 De exordio regni Germanorum vel Theutonicorum. c. 3.
 De principio regni Sicyoniorum: & eius fine. c. 4.
 De origine regni Argiuorum & Mycenarum. c. 5.
 De initio & fine regni Atheniensium. c. 6.
 De initio & fine regni Troianorum. c. 7.
 De regibus Hetruriz & Italiæ post Mezentium. c. 8.
 De principio & fine regni Lacedæmoniorum. c. 9.
 De regno Corinthiorum. c. 10.
 De initio & fine regum Israel. c. 11.
 De Macedonum regno. c. 12.
 De regno Lydorum. c. 13.
 ¶ Liber septimus de vita Christi.
 Genealogia Christi. c. 1.
 De tempore vitæ Christi. c. 2.
 De impletione hebdomadam Danielis. c. 3.
 ¶ Liber octauus de Romanis Pontificibus.
 ¶ Liber nonus de Imperatoribus Romanis.
 ¶ Liber decimus de gestis præcipuis post Christum.
 De episcopis Hierosolymę. c. 1.
 De episcopis Antiochiæ. c. 2.
 De episcopis Alexandriæ. c. 3.
 De persecutionibus ecclesię. c. 4.
 De hæreticis & schismaticis. c. 5.

De Concilijs generalibus.c. 6.
De Ordinibus religionum.c.7.
De Regibus Francorum.c.8.
De Imperatoribus orientalibus Græcorum in Cōstantinopoli post
translatum imperium in Franciam & Alemaniam.c.9.
De Regibus Hispaniæ, Hungariæ, Boemiæ, & quorundam aliorum
regnum sub compendio.c. 10.
De regno Antichristi, & nouissimis temporibus.c. 11.
De regno Christi perpetuo.c. 12.
Tabulæ annales temporum inde sequuntur.

Tabula Alphabetica ad omnes sequentes libros de temporibus.

Abraham pater multarum gentium:libro.2.capite.7.
Aegyptiorum regnum li. 5 .per totum.
Aeneum seculum li. 3 .c. 3.
Aetas prima seculi li. 2.c. 1.
Aetas secunda li. 2.c. 6.
Aetas tertia li. 2.c.7.
Aetas quarta li. 2.c.8.
Aetas quinta li. 2.c.9.
Aetas sexta li. 2.c. 10.
Aetas septima li. 7.8.9.&. 10.
Aetates mundi septem li. 1 .c. 3.
Alexandri magni regnum li. 4.c. 3.
Annus quot diebus constet li. 1 .c. 1.
Anni principium apud diuersas nationes li. 1 .c. 2.
Annus quot modis dicatur li. 1 .c. 5.
Annorum computatio diuersa li. 1 .c. 6.
Annorum vera computatio s̄m Hebræos li. 1 .c.7.
Annorum computatio ab vrbe condita li. 1 .c.9.
Annorum Domini computatio ab eius natiuitate li. 1 .c. 10.
Antichristi regnum li. 10.e. 11.
Antipodes li. 2.c.4.
Argentcum seculum li. 3.c.2.
Argiuorum regnum li. 6.c.5.
Assyriorum regnum li. 4.per totum.
Astrologiam docuit Abraham Aegyptios & Phœnices li. 2.c.7.
Astrologia ab Enoch est inuenta:ibidem
Atheniensium regnum li. 6.c. 6.

Aureum seculum li. 3. c. 1.
Babylonica captiuitas li. 2. c. 1 1.
Babylonię regnum li. 4. c. 1.
Boemię reges li. 1 0. c. 1 0.
Caldęorum chronographia li. 4.
Cham pessimus homo li. 2. c. 5.
Conflagratio Italię in tribus locis li. 4. c. 1.
Concilia generalia li. 1 0. c. 6.
Corinthiorum regnum li. 6. c. 1 0.
Christi regnum perpetuum li. 1 0. c. 1 2.
Decretum Dauid de regni successoribus li. 2. c. 9.
Dies naturalis & artificialis li. 1. c. 1.
Dies denominati à planetis li. 1. c. 1.
Diei diuersa initia li. 1. c. 1.
Diluuij Noatici tempus li. 1. c. 5.
Diluuij præcognitio li. 2. c. 1.
Diluuium secundum li. 5. c. 2.
Diluuium tertium li. 5. c. 2.
Diluuium quartum li. 5. c. 3.
Diluuium quintum li. 5. c. 4.
Dynastię Aegyptiorum li. 5. per totum.
Episcopi Hierusalem li. 1 0. c. 1.
Episcopi Antiochię li. 1 0. c. 2.
Episcopi Alexandrię Aegypti li. 1 0. c. 3.
Ethrurię reges li. 6. c. 8.
Ferream seculum li. 3. c. 5.
Francorum regnum li. 6. c. 2.
Francorum reges li. 1 0. c. 8.
Gallorum regnum li. 6. c. 2.
Genealogia Christi li. 7. c. 1.
Germanorum regnum li. 6. c. 3.
Gigantes procerę celsitudinis li. 1. c. 4.
Gręcorum Imperatores orientales li. 1 0. c. 9.
Hebdomades Danielis li. 7. c. 3.
Hebręi ab Heber dicti sunt li. 2. c. 6.
Hebręorum temporum supputatio li. 2. per totum.
Hęretici & Schismatici li. 1 0. c. 5.
Herodes regnum tyrannicum accepit li. 2. c. 1 4.
Hispanorum regnum li. 6. c. 1.

Hispaniæ reges li. 10. c. 10.
 Horæ diei æquales & inæquales li. 1. c. 1.
 Hungariæ reges li. 10. c. 10.
 Hur est terra Caldæorum li. 2. c. 7.
 Iaphet progenies li. 2. c. 3.
 Imperatores Romani li. 9. per totum.
 Incendium Phaetontis li. 4. c. 1.
 Inditiones Romanorum. 15. annorum li. 1. c. 8.
 Israel regnum li. 6. c. 11.
 Italus Atlas qui & kitim li. 2. c. 4.
 Italia similis insule: ibidem
 Italiæ imperium li. 3. c. 3.
 Itolorum temporum supputatio li. 3. per totum.
 Italia tribus in locis arsit li. 4. c. 1.
 Larthes in Aegypto li. 5. c. 4.
 Lacedæmoniorum regnum li. 6. c. 9.
 Lunatio integra fm medium motum li. 1. c. 1.
 Lydorum regnum li. 6. c. 13.
 Macedonum regnum li. 6. c. 12.
 Mensis lunaris & solaris li. 1. c. 1.
 Monarchia Caldæorum li. 4. c. 1.
 Monarchia Medorum & Perfarum li. 4. c. 2.
 Monarchia Alexandri magni li. 4. c. 3.
 Monarchia Romanorum li. 4. c. 4.
 Mundi creatio quo anni tempore fuerit li. 1. c. 2.
 Mycenarum regnum li. 6. c. 5.
 Noe pluribus nominibus cognominabatur li. 2. c. 2.
 Olympiades quatuor annorum li. 1. c. 8.
 Ordines religionum li. 10. c. 7.
 Perfarum & Medorum monarchia li. 4. c. 2.
 Persecutiones ecclesiæ li. 10. c. 4.
 Plumbeum seculum li. 3. c. 6.
 Pontifices Romani li. 8. per totum.
 Religionum ordines li. 10. c. 7.
 Roma quo tempore condita sit li. 1. c. 9.
 Romæ prima origo li. 3. c. 2.
 Romanorum monarchia li. 4. c. 4.
 Romuli regnum li. 3. c. 5.
 Samothei li. 6. c. 2.

Seculum aureum li. 3. c. 1.
 Seculum argenteum li. 3. c. 2.
 Seculum æneum li. 3. c. 3.
 Seculum stanneum li. 3. c. 4.
 Seculum ferreum li. 3. c. 5.
 Seculum plumbetum li. 3. c. 6.
 Septuaginta annorum captiuitas li. 2. c. 11.
 Sem ipse est Melchisedech li. 2. c. 3.
 Sicyoniorum regnum li. 6. c. 4.
 Schismatici & heretici li. 10. c. 5.
 Tempus quid sit li. 1. c. 1.
 Troianorum regnum li. 6. c. 7.
 Vernal tempus aptum initijs li. 1. c. 2.
 Vita prolixa priscorum patrum li. 1. c. 5.
 Vita Cristi li. 7. c. 2.

Pontifices Romani in libro. 8. per Alphabetū sūm ordinē numeri.

Adeodatus numero	79	Benedictus primus	64
Adrianus primus	97	Benedictus secundus	83
Adrianus secundus	108	Benedictus tertius	106
Adrianus tertius	111	Benedictus quartus	119
Adrianus quartus	175	Benedictus quintus	134
Adrianus quintus	192	Benedictus sextus	137
Adrianus sextus	226	Benedictus septimus	140
Agapitus primus	59	Benedictus octauus	150
Agapitus secundus	132	Benedictus nonus	152
Agatho	81	Benedictus decimus	160
Alexander primus	7	Benedictus vndecimus	200
Alexander secundus	162	Benedictus duodecimus	203
Alexander tertius	176	Bonifacius primus	44
Alexander quartus	187	Bonifacius secundus	57
Alexander quintus	212	Bonifacius tertius	68
Alexander sextus	222	Bonifacius quartus	69
Anacletus	5	Bonifacius quintus	71
Anastasius primus	41	Bonifacius sextus	114
Anastasius secundus	52	Bonifacius septimus	139
Anastasius tertius	123	Bonifacius octauus	199
Anastasius quartus	174	Bonifacius nonus	209
Anicetus	12	Calistus primus	17
Antherus	20	Calistus secundus	168

Calistus tertius	217	Gelasius primus	51
Clemens primus	4	Gelasius secundus	167
Clemens secundus	155	Gregorius primus	66
Clemens tertius	180	Gregorius secundus	91
Clemens quartus	189	Gregorius tertius	92
Clemens quintus	201	Gregorius quartus	103
Clemens sextus	204	Gregorius quintus	144
Clemens septimus	227	Gregorius sextus	154
Cletus	3	Gregorius septimus	163
Cœlestinus primus	45	Gregorius octauus	179
Cœlestinus secundus	171	Gregorius nonus	184
Cœlestinus tertius	181	Gregorius decimus	190
Cœlestinus quartus	185	Gregorius. 11.	207
Cœlestinus quintus	198	Gregorius. 12.	211
Conon	85	Hilarius	48
Constantinus	90	Honorius primus	72
Cornelius	22	Honorius secundus	169
Christophorus	121	Honorius tertius	183
Damasus primus	39	Honorius quartus	196
Damasus secundus	156	Hormisda	54
Deusdedit	70	Iginus	10
Dionysius	26	Innocentius primus	42
Donus primus	80	Innocentius secundus	170
Donus secundus	138	Innocentius tertius	182
Eleuterius	14	Innocentius quartus	186
Euaristus	6	Innocentius quintus	191
Eugenius primus	77	Innocentius sextus	205
Eugenius secundus	101	Innocentius septimus	210
Eugenius tertius	173	Innocentius octauus	221
Eugenius quartus	215	Ioannes primus	55
Eusebius	32	Ioannes secundus	58
Euthichianus	28	Ioannes tertius	63
Fabianus	21	Ioannes quartus	74
Felix primus	27	Ioannes quintus	84
Felix secundus	38	Ioannes sextus	87
Felix tertius	50	Ioannes septimus	88
Felix quartus	56	Ioannes octauus	19
Formosus	113	Ioannes nonus	118
Gaius	29	Ionnes. 10.	125

Ioannes. 1 1.	128	Martinus quintus	214
Ioannes. 1 2.	133	Melchiades	33
Ioannes. 1 3.	136	Nicolaus primus	107
Ioannes. 1 4.	141	Nicolaus secundus	161
Ioannes. 1 5.	142	Nicolaus tertius	194
Ioannes. 1 6.	143	Nicolaus quartus	197
Ioannes. 1 7.	145	Nicolaus quintus	216
Ioannes. 1 8.	147	Paulus primus	95
Ioannes. 1 9.	148	Paulus secundus	219
Ioannes. 2 0.	151	Paschalis primus	100
Ioannes. 2 1.	193	Paschalis secundus	166
Ioannes. 2 2.	202	Pelagius primus	62
Ioannes. 2 3.	213	Pelagius secundus	65
Ioannes foemina post	105	Petrus apostolus	1
Iulius primus	36	Pius primus	11
Iulius secundus	224	Pius secundus	218
Lando	124	Pius tertius	223
Leo primus	47	Pontianus	19
Leo secundus	82	Romanus	116
Leo tertius	98	Sabinianus	67
Leo quartus	105	Sergius primus	86
Leo quintus	120	Sergius secundus	104
Leo sextus	126	Sergius tertius	122
Leo septimus	129	Sergius quartus	149
Leo octauus	135	Seuerinus	73
Leo nonus	157	Simplicius	49
Leo decimus	225	Siricius	40
Liberius	37	Sifinius	89
Linus	2	Soter	13
Lucius primus	23	Stephanus primus	24
Lucius secundus	172	Stephanus secundus	94
Lucius tertius	177	Stephanus tertius	96
Marcellinus	30	Stephanus quartus	99
Marcellus	31	Stephanus quintus	112
Marcus	35	Stephanus sextus	115
Martinus primus	76	Stephanus septimus	127
Martinus secundus	110	Stephanus octauus	130
Martinus tertius	131	Stephanus nonus	159
Martinus quartus	195	Syluerius	60

Syluefter primus	34	Vrbanus secundus	165
Syluefter secundus	46	Vrbanus tertius	178
Syluefter tertius	53	Vrbanus quartus	188
Telesphorus	79	Vrbanus quintus	206
Theodorus primus	75	Vrbanus sextus	208
Theodorus secundus	117	Xyftus primus	8
Valentinus	102	Xyftus secundus	25
Victor primus	15	Xyftus tertius	46
Victor secundus	158	Xyftus quartus	20
Victor tertius	164	Zacharias	93
Vigilius	61	Zepherinus	16
Vitalianus	78	Zofimus	43
Vrbanus primus	18		

FINIS.

Imperatores Romani in libro. 9. p. Alphabetū fm ordinē numeri.

Adrianus	15	Claudius primus	5
Albertus primus	108	Claudius secundus	35
Albertus secundus	115	Commodus	19
Alexander Mameç	26	Conradus primus	89
Anastafius primus	59	Conradus secundus	95
Anastafius secundus	75	Conradus tertius	100
Annius Antoninus	18	Constantinus magnus	44
Antoninus Caracalla	23	Constantinus secundus	Constā
Antoninus Pius	16	tius & Constans	45
Archadius	53	Constantinus tertius	67
Augustus Octavianus	2	Constantinus quartus	70
Aurelius Antoninus	25	Constantinus quintus	78
Aurelianus	37	Constantinus sextus	80
Astaulphus	107	Constans	69
Arnulphus	87	Decius	31
Balbinus & Puppianus	28	Didius	21
Caius Iulius Cefar	1	Diocletianus	42
Caius Calicula	4	Domitianus	12
Carus cum Carino	41	Elus pertinax	20
Carolus Magnus	81	Emilianus	33
Carolus secundus	85	Florianus	39
Carolus tertius	86	Focas	65
Carolus quartus	111	Fredericus primus	101
Carolus quintus	118	Fredericus secundus	105

Fredericus tertius	116	Maximianus	42
Galba	7	Maximilianus	117
Galerius	43	Nero 6 Nerua	13
Galienus cum Valeriano	34	Numerianus cum Caro.	41
Gallus & Volusianus	32	Octavianus Augustus	2
Gordianus	29	Otho Siluius	8
Gratianus	50	Otho primus	91
Henricus primus	90	Otho secundus	92
Henricus secundus	94	Otho tertius	93
Henricus tertius	96	Otho quartus	104
Henricus quartus	97	Philippus primus	30
Henricus quintus	98	Philippus secundus	103
Henricus sextus	102	Philippicus	74
Henricus septimus	109	Probus	40
Heraclius	66	Puppienus & Balbinus	28
Heracleonas	68	Quintilius	36
Honorius cum Theodosio	54	Robertus Bauarus	113
Iovinianus	47	Rodolphus	106
Iulianus apostata	46	Seuerus	22
Iulius Cæsar	1	Sigismundus	114
Iustinus Senior	60	Tacitus	38
Iustinus iunior	62	Theodosius primus cum Arch. & Hon.	52
Iustinianus primus	61	Theodosius secundus	55
Iustinianus secundus	71	Theodosius tertius	76
Leo primus	57	Tiberius primus	3
Leo secundus	72	Tiberius. z. Constantinus	63
Leo tertius	77	Tiberius tertius	73
Leo quartus	79	Titus	11
Lotharius primus	83	Traianus	14
Lotharius secundus	99	Valens	49
Ludouicus primus	82	Valerianus & Galienus	34
Ludouicus secundus	84	Valentinianus primus	48
Ludouicus tertius	88	Valētiniānus. z. cū Teod.	51
Ludouicus quartus	110	Venceſlaus	112
Macrinus	24	Vespasianus	10
Marcus Antonius Verus	17	Vitellius	9
Martianus	56	Volusianus & Gallus	32
Mauritius	64	Zeno	58
Maximinus	27		

REVERENDISSIMO D.D. NICOLAŌ ALE-
mano Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Capuano, ti-
tuli Sancti Xysti ex ordine prædicatorio assumpto; F.
Ioannes Maria de Tholosanis ex colle vallis
Elsæ eiusdem ordinis. S. P. D.



Mortalium gesta præclara quæ sunt memoria digna
Reuerendissime Pater in scriptis redigere, non minus
necessarium censeo, quàm scientias rationales, & physicas
atque mathematicas codicibus tradere: quoniam eius-
modi scientias quilibet homo ingenio præditus per
seipsum rationis discursu adinuenire potest: sed historias præteriti
& longi temporis cognoscere nemo valet: nisi qui eas olim descri-
ptas legit. Nec sufficit rerum nudas historias texere: sed necesse est
quo tempore fuerint ipsas enarrare: ut certiores ex eis notitiam ca-
piamus. Vnde & ipsas historias, Chronicas id est temporales meri-
to nuncupamus. Quapropter excellentissimus historiographorum
omnium Moyses, & cæteri diuinorum librorum, qui canonici vocan-
tur, authores in suis narrationibus iuxta hebraicam veritatem,
tempora fidelissime conscripserunt. Hos imitati sunt nonnulli Ethni-
corum: qui publica & probata fide annalium suorum gesta scripse-
re: sicut Berossus Caldæus, Metasthenes Persa, Manethon Aegypti-
us, Philo Hebræus, & alij quamplures imitatione digni. Nonnulli
tamen scriptores, historiarum tempora neglexerunt. Alij autem ipsa
tempora non absque manifestis mendacijs, suis voluminibus inserue-
rant. Quidam vero sequentes priuatas opiniones posuerunt tem-
pora quæ putauerunt vera, cum tamen falsa comprobentur ex pro-
batis authoribus publicæ fidei: & ex hebraica veritate in scriptura
diuina recte intellecta, in qua falsum non inuenitur. In plurimis
etiam codicibus reperiuntur tempora falso annotata vitio scripto-
rum longi temporis processu, nec non & negligentiæ chalcographo-
rum imprimantium libros. Hinc est quod Philo hebræus in libro, quæ
prenotauit Breuiarium temporum, emendauit ipsa tempora iuxta
hebraicam veritatem ab orbe condito ad vltimam euersionem Hieru-
salem. Temporibus autem nostris Ioannes Annii Viterbiensis,
emendauit ipsa tempora à mundi creatione ad aduentum Domini,
sicutus in omnibus canonicam scripturæ sacræ veritatem ac
Philonem Hebræum. Porro Ioannem Annium imitatus est Bar-
tholomæus Fontius presbyter in suo breui opusculo. Sed in hoc

parumper errauit , quia supra veram computationem hebraicam ab exordio mundi ad Christi resurrectionem proprio sensu , septem addidit annos: vt. s. plene compleret quartum annorum millenarium. Post hæc Ioannes Nauclerus in suis Chronicis tam in Alemania impressis , licet annos enumeret iuxta communem Græcorum computationem : hebraicam tamen non intermittit : secundum quam adiungit ante Christum tantummodo duos annos supra veram supputationem. Tandem emendationes temporum verissima computatione descripsit dominus Ioannes Lucidus natione Galus ac professione sacerdos eruditissimus : qui ab orbe condito ad ætatem nostram , tempora iuxta veritatē hebraicam ita elucidauit , vt merito Lucidus cognominari debeat. Cum autem opus suum , vberius ac perfectius reddere cuperet : ex meo breuiloquio temporum in quo & collegeram fideliter emendata tempora , me sibi consensum præbente plura excerpfit, & operi suo inseruit. Nam & ego arbitratus sum maioris authoritatis esse opus si sub nomine Ioannis Lucidi quàm si sub meo nomine prodiret in lucem. Idcirco sponte assensum præbui , vt mei labores sibi ascriberētur, sicut & fecit Pamphilus martyr , qui suas lucubrations Eusebio Cæsariensi episcopo in suo libro de temporibus condonauit : vt opus maioris esset æstimationis tam ipsius Eusebij præcellenti authoritate : quàm ipsius Pamphili solerti ac diligenti computatione. Lucidus ergo tandem hoc opus certe arduum & summa commendatione dignum ob communem omnium vtilitatem ad perfectum duxit : quoniam non solum seculares historias quo ad ipsa tempora, quibus mensurantur, ad veritatem conuertit : sed & gesta quæ in diuinis eloquijs diuino spiritu traduntur per ipsa emendata tempora clarius emitescere fecit, dum eorum obscura , plano ac breui eloquio in lucem pandit. Quis enim absq; hoc libro ad plenum cognoscere potest ipsum tempus, quo filius Dei carne assumpta mundum redemit & Patriarcha namq; Iacob ipsum tempus sub enigmate prædixit in libri Geneseos calce dicens. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Hoc si quidem tempus iandiu completum Iudæi adhuc futurum falso præstolantur , dum temporum ignorantia laborant. Quis etiam absq; hac temporum emendatione hebdomades Danielis enucleare valet ? Scimus enim quanto labore diuus Hieronymus, earum exordium, medium, ac terminum inquisierit, plures ac diuersas authorum opiniones adducens in commentarijs suis super Danielem

prophetam. Citat enim Africanum in quinto temporum volumi-
 ne. Eusebium quoque Pamphili in octavo libro. Insuper & Hippoly-
 tum, Apollinarem Laodicenum, Clementem Alexandrinæ ecclesiæ
 presbyterum, Origenem ac Tertullianum in libro contra Iudæos:
 tamen indecisam hanc inquisitionem reliquit. Ait namque idem Hieronymus
 ibidem. Scio de hac quæstione ab eruditissimis viris varie
 disputatum: & vnumquæque pro captu ingenij sui dixisse quod sense-
 rat. Quia igitur periculosum est de magistrorum ecclesiæ iudicare sen-
 tentijs: & alterum præferre alteri, dicam quod vnusquisque senserit le-
 ctoris arbitrio derelinquens, cuius expositionem sequi debeat. hæc
 ille. Lucidus autem luce clarius hanc quæstionem facile emendata
 temporum ratione dissoluit. Quid dicam de tempore vitæ Christi,
 scilicet quo anno conceptus, natus, & passus, quot quæstiones emer-
 gunt? quæ in hoc libro aperte soluantur. Quapropter idem author
 ad euidentiorum sensum, edidit canones in tabulam perpetuam tem-
 porum: & aliud opusculum de vero die passionis Christi: ac tempo-
 re totius vitæ ipsius. Adiunxit & epitoma emendationis Romani ca-
 lendarij iam collapsi. Ne igitur opera eius incognita lateant post au-
 thoris decessum: statui pro communi vtilitate prædicta opuscula in
 vnum codicem redigere: & ipsa calchographi impressioni tradere, si-
 cut aliàs per literas meas dominationi tuæ notum feci. Vt autem hoc
 opus adhuc maius authoritatis robur obtineat, consilio ab amicis
 accepto, decreui id Reuerendissimæ dominationi tuæ dedicare ex an-
 tiqua inter nos mutua beneuolentia: & præcipue cum ex ordine no-
 stro prædicatorio olim assumptus fueris ad archiepiscopatum Ca-
 puanum: & nunc denuo ad apicem Cardinalatus Romanæ ecclesiæ:
 non pecunia & muneribus: sed virtutibus, ingenio, solertia, atque do-
 ctrina. Accipe igitur hoc munus ab authore & ab eius coadiutore
 plurimo labore confectum: & me continue ama: sicut ego te semper
 diligo. Valeat Reuerendissima. D. T. Datum Florentiæ die. 15.
 Octobris Anno Domini. M. DXXXV.

Versus in laudem voluminis.

Marcus Casalis Geminianensis ad lectorem.

Tempora lapsa diu, multosque ignota per annos,
 Et fuerant multis iam variata modis.
 Sæpe fides hinc historiæ est quod nulla videtur

Nulla, nefas, scriptis hinc & habenda sacris.
Ast modo tam paruo redduntur clara libello,
Notaq; sunt cunctis, q̄ sua nota domus.

Augustini Margacti Geminianensis epigramma.]

Tempore quo Babylon, quo Memphis, Græcia, Roma
Creuerit, & Regum prælia & arma ducum,
Lucidus hoc libro, quo non præstantior alter
Explicat, & veræ consulit historia.
Non fictas res lector habes, quas Græcia mendax
Prosequitur: non hic grandia monstra leges:
Eruta sed certis annalibus, ordine certo
Gesta virum, hæc vero, verius ipse notat.

Matthæus Gambacurta presbyter Senensis alibrum.]

Docte liber propere dominam te confer in urbem,
Et pia Clementis basia da pedibus:
Dicq; requirenti quid paruo corpore gesses,
Temporibus reddo nomina clara suis.

Idem ad lectorem.

Reges, Pontifices, virosq; claros,
Et qui syderea fruuntur aula,
Vis recto ordine scire quo fuere
Omnes tempore & perlege hunc libellum,
Quo lecto peream, nisi esse lucem
Dices in tenebris micantio rem
Quàm Phœbum medio die nitentem:
Qui tanto est tibi gratior futurus,
Quàm quæ sunt reliquis notata chartis,
Quanto sunt meliora vera falsis.

Idem ad librum.

Curtas intrepidus licet libelle
Quò mittit genitor tuus, nec vllos

Ronchos pertimeas. statim placebis,
Et semper. meliora nemo legit
Te: nec posteritas leget. quis alter
Eduxit tenebris libellus omnes?
Paruo est corpore, veritas fidelis.
Quam magnis dubia fide anteponunt
Docti codicibus. Legeris ergo
Sodus delitię peritiorum,
Dum cœlum innumeris micabit astris.

Hercules Burghesius nobilis Senensis ad lectorem.

Nobilitas, studiumq; authoris perdita, Clemens
Septimus è cœlo ni cecidisset, erat.
Cuius more fouet cunctos clementia. flores
Carpit apis: dat herus commoda: mella fluunt.

EMENDATIONES TEMPORVM IN DVAS

partes diuisę. In prima parte quę Canonica dicitur, continentur temporũ canones libris decem ab orbe condito ad etatem nostrã, iuxta rectam chronographiam ex antiquis, & probatis authoribus, per Iohannem Lucidum Samotheum.

Pœmium authoris.

Temporum Canones ad rerum gestarum integram notitiam adeo p̄necessarij sunt: vt absq; ipsorũ cognitione si quis historiarũ scientiam sibi voluerit arrogare, semet ipsum deludit: cũ omnia quę motui subiecta sunt, metiri tẽpore oportere nulli dubium sit: & id quod mensura dirigitur absq; metiente ad plenũ cognosci nõ possit. Quapropter chronographi, & historici, qui neglecta tẽporum ratione hominum gesta describunt merito reprehendi possunt. Qui vero eadẽ gesta plena fide proprijs tẽporibus exprimũt, summa proculdubio cõmendatione digni sunt. Talis profecto fuit Moyses p̄clarissimus propheta in omni ægyptiorum scientia eruditus: antiquus origine: genere nobilis: Deo proximus: miraculis ac sanctitate insignis: ac dux Hebraici populi. Qui res gestas ab orbe condito tanta veritate cõscripsit, vt nullus inter ethnicos historicos ei vllõ modo comparari possit. Suo nãq; Pentateuco hoc est quinq; sacris voluminibus, nõ solum p̄sentia quę ipse oculis cõspexit quo tempore acta sint Hebreo sermone digessit: sed & p̄terita ceteris mortalibus penitus ignota de mũdi creatione diuino spiritu afflatus in lucẽ edidit: & futura quę iam adimpleta cõspicimus eodem spiritu manifeste p̄dixit, vt merito ceteris p̄ponẽdus esse censeatur. Hunc vnitati sunt authores illi, qui fideli narratione scripserunt ea quę subsequuta sunt tẽpora: quorũ libros tanquã spiritu Dei editos, Ecclesia catholica inter canonicos recipit. Sacrę igitur historię quę vera sunt cõtinent: & nihil falsum reperitur in eis nisi forte scriptorũ vitio: quod tamẽ facile ab Eruditis emẽdari potest. In ceteris vero scriptoribus quãdoq; vera & interdum falsa: & in quibusdã aperta mẽdacia ex industria scripta reperiunt: quę quidem tanquã erronea cõuinci possunt ex eis qui vera scripserunt. Quare cauedum est à nõnullis authoribus Gręcis qui multa mendacia veris historijs inseruerũt teste Iuuenale Aquinate qui ait in Satira, Et quicquid Gręcia mẽdax audet in historia. Methastenes quoq; persa in li-

Emẽtem.

A.

bro de Iudicio tēporum, & annaliū Perſarum idem atteſtatur dicens. Qui de tēporibus ſcribere parant neceſſe eſt illos nō ſolum auditu, & opinione chronographiā ſcribere: ne cū per opiniones ſcribūt vti gręci, cū iſtis pariter & ſe, & alios decipiant, & per omnē vitam aberrant. Hinc eſt et̄ q̄ quidam latini ſcriptores qui gręcos imitari ſunt, multa falſa quę tamen putauerūt eſſe vera ſcripſerūt. Veraces ergo tantū modo ſunt req̄rendi. Illi vero authores magis veridici cenſendi ſunt, ſiue ſint ethnici ſiue fideles: qui vel tempore: vel loco: vel officio vera ſcripſiſſe cōprobantur. In antiquis enim hiſtorijs, authoribus tēpore prioribus magis creditur: quoniā tanquā propingores de rebus iſtis geſtis certiorē habuere notitiā. Ita etiā in geſtis loci alicuius, ibidem habitantibus & ex viſu ea deſcribentibus, maior adhibetur fides quā alijs abſentibus, & ea ſolū narrātibus ex auditu. Pręcipue vero authores illi recipiēdi ſunt qui ex officio publico, & fide probata ſcripſerūt. Dicit enim idem Methaſtenes in eodem libro. Neq̄ tamē omnes recipiendi ſunt qui de regibus ſcribūt: ſed ſolū ſacerdotes illius regni per nes quos eſt publica & probata fides annaliū ſuorum: qualis eſt Beroſus. Nam is Caldeus omne tēpus Aſſiriorū digeſſit, ex antiquorū annalibus. Hęc ille. Ex his probari poteſt neminē de antiquis tēporibus ante Chriſti ortum recipiendum eſſe niſi annalibus quatuor Monarchiarum conueniat. Et in Monarchia quidem Aſſiriorum quia publica fide ſcripſit Beroſus, pręcipue in eius deſcriptione recipitur: & Perſę eum ſequuti: ex quibus eſt Methaſtenes: & Gręci ex quibus ſunt Xenophon in equiuocis, & Archilocus, & Eufebius. Reijciuntur à temporibus huius Monarchię Aſſiriorum qui priuatas opiniones contra publicam probatamq̄ fidem ſcribunt: vt ex gręcis Herodotus, Hellanicus, Agyſilaus, & ex Latinis. Iuſtin⁹, Gellius, & Oroſius. In ſecūda vero monarchia Perſarū, & Medorū author publice fidei fuit Methaſtenes Perſa: & Ectheſias Gnidiuſvt in. iij. libro Diodorus affirmat. Reijciūtur in ea Joſephus ex hebreis: & Clemēs, Tatianus, Aphricanus, & Eufebius ex gręcis quia priuatas opiones ſequuti cōtra publicā fidē ponūt reges & t̄pa q̄ in bibliotecis, & annalibus nō reperiuntur. Nam & cōtra omnē publicā fidem ſcribunt Cyrum ante dediſſe licentiā hebreis in Babilone captiuus: & ipſum etiā mortuū quā Babilonia Darius eius auſculus potireſ. Proinde idem Eufebi⁹ quoniā in tertia Monarchia gręcorū, & in quarta Romanorum publicam annaliū fidem ſequitur, in vtraq̄ recipit. Similiter & Philo hebreus verax in omnibus cōprobatur: quia nec in vno quidē menſe diſcrepat quin fideliffime ad vnguem oīa & ſingula tēpora de/

scribat. Reijciuntur in his. Iosephus & Talmudiste qui in multis temporibus de publico mendacio cōuincuntur. Licet enim Iosephus ut plurimū historię veritatē sequatur: in tēporibus tamē sepe fallitur: & ceteris ac sibi ipsi quo ad ipsa tēpora sepiissime inuenitur cōtrarius: ut patet in libris antiquitatis. Iudaicę & in alijs: quāuis aliqua in libris eius inuenta, vitio scriptorū ascribi possint. Alia vero à Talmudistis putamus esse deprauata. Ad emēdationē igitur temporū oportet nos in primis diuina eloquia sectari: deinde ipsos qui sacras historias prosequuti sunt. Et quoniā ut dictū est apud hēbreos Philo: apud Caldeos Berosus: apud Persas Methastenes: apud Gręcos Eusebius excepta monarchia Medorum, & Persarū: & apud Latinos Hieronymus p̄sbyter scripturis diuinis vna conueniunt: ideo maximam authoritatem inter antiquos cronographos obtinent. Pręfatos igitur omnes, & nos imitantes diuino prius auxilio implorato: adhibita etiā Astro nomica computatione: quę huic negotio plurimum confert: emendationes temporum destructis quorūdam scriptorum erroribus graui labore ac sudore ad cōmunem vtilitatem descripsimus, exordium sumentes à prima hominum origine ac mundi cōstitutione, ad etatem nostram. Intermissis igitur protensis historijs, breui narratione digessimus canones temporum ex diuersis regnis: & ex illis p̄cipue quorum sermo diuinus meminit. Omnium vero annorum numeros in duo diuisimus tempora, videlicet in p̄cedentia, & subsequētia Christi saluatoris aduentum. Quę omnia simul decem libris explicauimus. In primo namq; disputauimus de annorum, & temporum ratione. In succedentibus vero quatuor libris, veram annorum computationem ostendimus ex collatis inter se temporibus regnorū quatuor videlicet Hēbręorum, Italarum, Caldęorum, & Ægyptiorum. In sexto annotauimus quorundam Regnorum exordia ante Christi natiuitatem. In septimo, eiusdem Christi vitam subiunximus. In octauo canthalogum Romanorum pōtificum. In nono Imperatorum Romanorū tempora. In decimo demum gesta quædam à Christi resurrectione ad tempora nostra collegimus. Sicut autem nos hos temporum canones emendatos fideliter scripsimus: ita & à scriptoribus inde fidelissime transcribantur. Dicit enim Hieronymus in p̄satione in Esdras. Nihil proderit emendasse librum, nisi emendatio, librariorum diligentia conseruetur. Sed quoniam in annorum numeris facile contingere potest scriptoris error: ideo vbi fieri potuit eundem annorum numerum duobus modis annotauimus, videlicet in contextu verborum latino sermone: atque in margine Characteribus

PROEMIVM

Arithmetiſis, vt ſi contingat numerus aliquis vitari, aliter ex altero emendari poſſit. Ex iſtis etiam numeris exterius annotatis, annorum collectionem in calce deſcripſimus vt computatio ipſa facillime fiat. Erit igitur opusculum hoc perutile nō modo illis qui ſeculares, & humanas literas diſcunt: ſed iſtis præcipue qui literalem ſenſum in ſcripturis diuinis quærent: quoniam abſq; ratione temporum multa in eis latent: quæ ipſorum temporum vera ſupputatione manifeſta redduntur. Prolixas etiam historias in alijs authoribus quicunq; legerit: ex hoc temporum opusculo, ſingula eorum tempora reperiet: & inuentis diuerſis ac varijs authorum ſententijs inter ſe diſſidentibus, eorundem temporum diſſonantiam abſque multo labore poterit emendare.

9

**INCIPIT PRIMA PARS ANNALI
VM QVÆ CANONICA DICITVR IN
LIBROS DECEM DISTINCTA.**

**Liber primus de annorum, & temporum ra-
tione, ac priscorum generatione.**

PROLOGVS.

Mundum vnà cum tempore à summo Deo conditum esse fide tenemus ex verbis Moyfi: qui diuino spiritu afflatus in libro Geneseos, omnia in principio, hoc est in exordio temporis ex nihilo creata esse affirmat. Quapropter ante omnia in hoc primo libro describemus annorum & temporum rationem, ac priscorum generationem: quoniam à mundi constitutione gesta quæ tempore metiuntur à nobis digerenda sunt. Vnde ab ipso tempore sumemus initium.

De primo die sæculi, de mense & anno.

Cap. i.

Tempus in dies, menses, & annos distinguitur. Est autē tempus numerus motus secundū prius, & posterius, vt affirmat Aristoteles. iij. Phisicorum libro. Tēpus quidem iuxta sanctum Thomā aquinatem, motū cœli sequitur. Vnde Macrobius libro Saturnaliorum. Cap. 6. dicit. Tēpus est certa dimensio: quæ ex cœli cōuersione colligitur. Est ergo tps numerus motus supremi corporis cœlestis, quod primū mobile dicimus. Huius motu sol rapitur ab oriente in occidentē et iterū in orientē integro circuitu quo dies naturalis cōcluditur: dies tamen artificialis ab ortu solis ad eius occasum metitur. Dies autē naturalis quatuor & viginti continet horas æquinoctiales, quas æquales dicimus: dies vero artificialis, duodecim cōplectitur horas tpaes quas in æquales appellam⁹: de quibus dominus ait Io. ij. capite. Nōne duodecim sunt horæ diei? Similiter & nox à solis occasu ad eius ortū duodecim habet horas tēporales, idest inæquales. His horis tēporalibus vtebant olim Palesini, Iudei, Phœnices, Syri, Caldeï, Babylonij, & alię nationes. Nec hodie ipsarū cognitio abijcienda est. Nam eorū

Emē. tem.

A iij

scientia in pluribus diuine scripture dictis nobis aperit intellectum. Ut enim Matthei. 20. capite dicitur, pater familias cōduxit operarios vineę mane hora prima, tertia, sexta, nona, & vndecima, & ca. 27. scribit. A sexta autē hora tenebrę factę sunt sup omnem terrā vsq; ad horā nonam. De his horis inequalibus lege Orofiū lib. 7. ca. 3. Dionysium Areopagitā in epistola ad Apolliphanē, Macrobiū lib. 2. de Somnio Scipionis: & Ioannē de monte Regio in suo calēdario. Planetę vero vltra motū diurnum ex raptu primi mobilis causatum; habent proprios motus in oppositum ab occidēte in orientem in circulo obliquo Zodiaci propter inferiorū rerum generationem iuxta sententiam Aristotelis: & sunt ipsi planetę numero septē, videlicet superior Saturnus: deinde Iupiter: tertio Mars: quarto in medio Sol: quinto Venus: sexto Mercurius: septimo & vltimo Luna. Qua ppter dierum circuitus septenario cōpletur numero nō p̄dicto ordine planetarum, sed iuxta ipsorū dominiū in hęc nostra inferiora elementa, & elementis cōposita. Nam vt ait Hermes Trismegistus, veteres horarum temporalium p̄cipui obseruatores fuerūt Babylonij, qui dominiū planetarū per horas cognitū tanquam quoddā secretū paucis ostendebant. Diem enim quęcunq; in. 12. horas & noctem in totidē diuiserunt: quas planetarū horas appellabāt: & eorum gubernationi dicauerunt; ac dies denominabāt a planeta qui prima hora diei dominiū habebat. Inter omnes autē planetas Sol excellētissimus est, omnium maximus: & inter tres superiores ac tres inferiores positus tanquam rex in medio regni sui, lumen & virtutem cęteris effundit. Ideoq; deus primo die lucem p̄duxit hoc est Solis corpus lucidū vt author est Dionysius Areopagita. 4. ca. de diuinis nominibus. Tunc enim Soli data est lux in distinctionē dierum, & ad virtutē quandam cōmunem. Quarto vero die indita est ei specialis ac determinata virtus ad singularium effectū productionē vt sanctus Thomas optime declarat. Fuit ergo primus dies Solis: & prima hora illius diei ab eius ortu ipse Sol dominiū sumpsit. Secunda hora eiusdem diei dominiū accepit inde sequēs inferior planeta, videlicet Venus: hora tertia Mercurius: quarta hora Luna: quinta Saturnus iuxta circulum planetarum: sexta Iupiter: septima Mars: octaua rursus Sol & deinceps eodem ordine: ita q; Soli competit & hora tertia noctis & decima. Hora vero noctis vndecima regnat Venus: ac duodecima scilicet ante alium Solis ortum regnat Mercurius distributis vt dictum est semper duodecim horis diei: & duodecim nocti. Quod quidē Moyſes exprimit, dum terminum diei artificialis ac terminū noctis ponit cum dicit, &

factum est vespere, & mane dies vnus videlicet naturalis artificialem diem cum ipsa nocte cōplectens. Nam vespere completo die artificiali: & sequēti mane cōpleta nocte integer naturalis dies perficitur: qui mensuratur ab vno Solis ortu ad alterum: & tunc cōpleta nocte ipso mane rursus oritur Sol: & incipit altera dies: cuius hora prima regnat ipsa Luna quę post Mercurium sequitur: qui precedēt. I. z. hora noctis regnauerat. Ideo q; secūsus dies à Luna denominatur & Lunę dies dicitur: & sic deinceps tertius dies à Marte nomē accipit: quartus à Mercurio: quintus à Ioue: sextus à Venere: septimus à Saturno. Secundum vero hebreos numero tantūmodo distinguntur dies hebdomadę: & septimus sabbatum idest requies dicitur eo q; deus sex diebus cūcta creauit: & septimo quieuit ab omni opere quod patrarat. Cum ergo septē tantūmodo sint dies hebdomadę: & inde post Sabbatum quę est dies septima fiat reuersio ad primā diem Solis quę nunc Dñica dicitur ob Christi resurrectionē manifestum est mundū Dñica die creatū fuisse in ortu Solis quādo eiusdē diei, Sol dominū habet. Sic ergo secundū ordinem creationis, dies à Solis ortu sumūt initiū: & dies artificiales præcedūt noctes. Sed hebrei post datā legē à Moyse à vesperavsq; ad vesperā enumerant dies, & celebrāt sabbata sua vt dicitur Leuit. z. 3. & apud eos noctes præcedūt dies. Quem ordinem seruāt Itali: qui ab occasu Solis ad sequentē vesperam, diem horologio. z. 4. horarū numero metiuntur. Astrologi vero dies computāt, à meridie eo q; certiozem notitiā accipiant de motu Solis circulo meridiano ob rectitudinem: quā orizonte tam orientali, quā occidentali propter obliquitatem. Eadem etiā ratione mediam noctem obseruāt in cursu siderum. Hunc morem sequuntur Galli qui diem naturalem duodecim horis equalibus bis reuolutis metiētes semper habent horam duodecimam completam media nocte: nec non & meridie. Romani vero antiquitus diei sumebant initium à media nocte. Et quęlibet natio ad libitum, diei habet exordium. Dicit enim Macrobius lib. primo Saturnaliorum capi. z. Populum Romanum, Marcus varro dixit dies singulos annumerare à media nocte, ad mediam proximam. Athenienses vero à Solis occasu ad Solem iterum occidentem omne id medium tempus vnum diem esse dicere. Babylonios porro aliter. A Sole enim exorto, ad exortum eiusdem incipientem: id spatium vnus diei nomine vocare. Umbros vero vnum, & eundem diem esse dicere à meridie ad insequentem meridiem. Hęc ille. Ex diebus igitur multiplicatis iuxta numerum Planetarū hebdomada constituitur. Ex diebus insuper collectis iuxta motum Lunę ab vno eius

congressu cum sole ad alium cōcluditur mensis Lunaris : qui constat ex diebus. 29 .horis. 12.ac minutis.44. iuxta mediū ipsius motum. Hinc necesse est, vt vna lunatio sit. 30.dierum : & altera. 29 . altera, tim. Fiuntq; duodecim menses lunares numero dierum. 354. Men- ses autem solares fiunt paulo maiores: quorū aliqui sunt. 30. dierum: aliqui triginta unius vt patet in Calēdario Romano. Ex tribus men- sibus constituuntur singula quator tempora scilicet veris, estatis, aut- tumni, ac hyemis iuxta duo æquinoctia duoque solstitia. Ex cursu ve- ro solis, annus confurgit: qui continet dies. 365. & serè sex horas: ex quibus in quatuor annis conflatur dies intercalaris: qui & bissextilis dicitur: additis videlicet ad duodecim menses lunares diebus vnde- cim: & predicto quadrante diei vt fiat integer solaris annus. Hęc om- nia Moyses tanquam peritissimus Astronomus, ac Theologus insi- nuat dicens. Dixit autem dominus. Fiant luminaria in firmamento cœli: & diuidant diem, ac noctem: & sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Die artificiali ac nocte simul concluditur dies naturalis. Si- gno cōprehenditur mensis eo q̄ sol quolibet mense vnum duodecim signorum pertrāseat. Tempus vero tribus mensibus vt dictū est clau- ditur: necnō & duodecim mēibus integro solis cursu ann⁹ impletur.

De mense, & anni tempore quo creatus est mundus.

Cap. 2.



Vo autē mense quo ve anni tēpore conditus fuerit or- bis non est nobis aperte manifestū ex diuinis eloquijs: sed hoc sub diuersa opinione versatur. Nam licet om- nes authores vnā cōueniant dicentes mundū in equi- noctio creatum: inter se tamen differunt: quoniam ali- qui dicunt ipsum conditum in equinoctio autūni: alij vero in equi- noctio veris. Qui ponunt mundi principium in equinoctio autum- nali has rationes adducunt. Prima eorum ratio hęc est quam ponit Bachon. Tūc enim fuit principium seculi cum incipit annus apud antiquissimos: qui fuerunt propinquiores creationi orbis: quoniam mox creato mundo incepit primus annus seculi. Sed antiquissimi scilicet Iudei: Egyptij: Persę: Gręci: & omnes oriētales nationes an- num incipiunt ab equinoctio autūni. Ergo tunc fuit mundi princi- pium. Quòd autem Iudei incipiant annum ab autumno ex hoc pa- tet, quoniā tunc est anni principium quando est anni finis, cū annus sit reuolutio solaris motus ab vno puncto ad eundem in Zodiaco vt affirmat Ptolemęus in Almagesto: & Albategni in libro de motibus

stellarum. Finis autem anni apud hebræos est in autumno vt plurimum in mense Septembri quando celebratur apud eos festum tabernaculorum. Nam dicitur Exo. 23. Solemnitatem quoque facies in exitu anni quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Et similiter Ægyptij, Persæ, Græci, & omnes orientales ab æquinoctio autumnali iuxta tabulas Alphonsinas accipiunt anni principium. Secunda eorum ratio talis est. Tunc fuit mundi principium quando fructus & fruges in agro colliguntur: quoniam fructus tunc suam perfectionem habent: & dei perfecta sunt opera vt dicitur Deutero. 32. Vnde homo mox creatus vetitum pomum comedit: quod tunc cum alijs fructibus fuerat creatum. Sed ipsi fructus in autumno colliguntur, ergo tunc fuit mundi principium. Tertia vero ab ipsis hæc ratio inferitur. Mensis Nisan qui est in æquinoctio vernali per Moysen exod. 12. decernitur primus in mensibus anni non in memoriam creationis mundi: sed liberationis ab ægyptiaca seruitute quæ fuit in verno æquinoctio. Nam prius Iudei in ægypto incipiebant annum ab æquinoctio autumnali iuxta morem ægyptiorum vt dicit Iosephus in primo antiquitatum capite. 5. & ob ipsum beneficium liberationis ab ægypto mutatum est anni principium cum dicatur. Exod. 12. Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni, hanc opinionem tenuit Rabi Eliezer, & quidam hebræi sequentes eum: nec non & Bachon: & nonnulli catholici. Qui vero ponunt mundi principium in verno æquinoctio prædictas rationes facile soluentes alijs rationibus innituntur. Primo quidem dicunt non esse validum argumentum cum dicitur tunc incepisse mundum quando est anni principium apud antiquas nationes: quoniam anni exordium ad placitum hominum est cum diuersis anni temporibus apud varias nationes initium anni sumatur. Nam apud Arabes anni principium est media æstate Sole existente in Leone vt dicit Julius Firmicus lib. 2. et Macrobius in libro de somnio Scipionis. Apud ægyptios in æquinoctio autumnali vt placet Alphonso: quoniam ipsi enumerant annos à Noatico diluuiò quæ dicunt incepisse autumnali tempore. Apud Alexandrinos. 4. calendas Septembris, id est die. 29. Augusti vt refert Paulus episcopus Forosempronensis lib. 8. primæ partis suæ Paulinæ. Apud Romanos tempore Cæsaris post hyemale solstitium calendis Ianuarij: ac prius tempore Romuli in Martio iuxta æquinoctium vernum erat anni principium. Apud hebræos autem erat anni duplex exordium vt Paulus episcopus Burgensis ex diuinis eloquijs probat. Primum quidem sumebatur ab æquinoctio verno dicente domino Exod. 12. Mensis iste scilicet Nisan iuxta vernum æqui

noctium vobis principium mensium primus erit in mensibus anni. A quo primo mense tanquã ab exordio solemnitates cõputabãtur, quia in mense tertio cõputato à primo mēse fiebat festum hebdomadarum, idest pentecostes; & in mense septimo erat festum tubarũ &c. Similiter ab hoc principio cõputabantur gesta principũ, vt patet de templi edificatione per Salomonẽ; de qua dicitur. 3. Reg. 6. Factum est quadringētesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra egypti &c. edificare cœpit Salomõ domum domino. Secundum vero anni exordium erat septimo mense quando redeunte anni tempore cuncta cõduntur vt patet Exodi. 34. Ab hoc initio cõputabantur anni qui pertinebant ad sabbatũ, idest requiem terrę: de quibus dicitur Leuit. 25. Sex annis seres agrum tuũ &c. Septimo autem anno sabbatũ erit terrę requietionis domini. A quo etiam principio cõputabatur annus iubileus: qui post septẽ hebdomadas annorum celebratur vt ibidem scribit̃. Non ergo ab initio anni accipitur efficax argumentum ad probãdum orbis exordium: sed à ratione conuenienti principio rerum: quam sequitur Ptolemæus, & omnes antiqui Astronomi orientales: qui licet anni principiũ habuerint in autumno: tamen motuũ celestium corporum initiũ sumunt ab æquinoctio verno ex ipsa cõuenienti ratione principij. Nam Ptolæmeus in Quadripartito hoc initiũ sumit à primo gradu Arietis: quod est signum masculinum, igneum, orientale, in vernali æquinoctio situm. Tũc enim est principiũ veris: quod est tempus inuouationis, germinationis, & generationis. Dicit namq; Alchabitius. Vocatur illa quarta pars circuli quę est ab initio arietis vsq; in finem gemmorũ, quarta calida, humida, vernalis, puerilis, sanguinea. Et Albategni in libro de locis motuũ stellarum. 2. capite dicit. Primi antecessores nostri punctũ vernalem plus ceteris aptũ initijs intellexerunt. In hoc enim tempore post æqualitatem, dies augmentũ ineunt, sol ascensionis initium versus medium cœli septentrionalis ingreditur: caloris vires administrantur. Huius etiam natura temporis humiditati cõcordans, caloriq; declinans initio crescendi, & rerum existẽtię assimilatur. Ab eo ergo principium assumpserunt. Hęc ille. Secundo dicunt tempus veris esse tempus perfectionis. Dicit enim Linconiensis. Decuit quidem mundum tempore vernalis æquinoctij incipere quia est temperatissimum temporum: & tempus generationis, & perfectionis. Dies autem æquinoctialis autũnalis est in tempore corruptionis. Ex hoc soluitur predicta secunda præcedentis opinionis ratio de perfectione fructuum. Quam etiam soluit Ioãnes in sua summa Anglicana pri-

ma parte distinctio prima, capite primo dicens. In æquinoctio autūnali fructus nō sunt in sua maxima perfectione quia tunc perfectum est in diminutione. Et non obstante quod tunc arbores fructus habeant maturos & ceterę plantę: eorum tamen perfectio cito deficit eo quod ad tempus illud appropinquat hyems quę corruptionis occasio est rerum inferiorū. Sed in æquinoctio vernali omnia tēdunt ad suam perfectionem, & ad incrementū; nec ex tunc ex maiori parte anni hyemalis tempestas nocebit. Vnde ex simili causa dicunt omnes Astrologi domos sequētes angulos, maioris esse perfectionis, & fortioris domibus cadētib; ab angulis: eo quod sequentes sunt in acquirēdo suas perfectiones: cadentes vero in deperdendo. Sic & ista inferiora in vernali æquinoctio acquirunt suas perfectiones: & in autumnali deperdunt eas. Cuius signum est quia statim post æquinoctiū autumnale folia cadūt de arboribus, & omnia virētia marcescunt. Item in quibusdā terris, & regionib; fructus sunt maturi, in æquinoctio autumnali: & in quibusdā diu ante; & in alijs diu post: & ideo non procedit nec vrget illud argumentū. Hęc ille. Vnde in principio mundi deus etiā veris tempore creauit fructus maturos, & præcipue in Paradiso voluptatis loco amēnissimo, vbi sunt omni tempore continui fructus, & ibi Adam vetitum pomum cōmēdit. Pater etiam nauigantibus sub circulo æquinoctiali quod in illis insulis bis in anno colliguntur fructus. Tertio dicunt Moysen anni principium instituisse, ex ordinatione diuina tempore veris non solum ex beneficio liberationis ex Ægypto: sed etiam quia tunc creatus fuerat orbis, vt Rabi Iosue hebræus, & qui sequuntur eum probare conantur. Dicūt enim quod hebręi ante ingressum eorū in egyptum annum incipiebāt ab æquinoctio vernali ex antiqua patrū consuetudine: qui nouerāt mūdum creatū tempore veris: & huic cōuenit Glossa quę dicit super illud Gen. 3. 5. Egressus autem inde Iacob venit verno tēpore quo scilicet factus est mūdus: sed quoniā diu manserunt in egypto: ideo tunc sequuti sunt cōsuetudinē egyptiorum qui ab autūno annum exordiebantur. Vnde benedicit Iosephus. Hęc scilicet hebręi in egypto annū constituerūt. Non enim erat necesse constituere annū in egypto nisi prius aliter annū inciperent antequā ingrederētur egyptū. Qua propter deus eduxit populum suū de egypto eo tpe quo creatus est mūdus vt reduceret anni principiū sicut erat ab exordio mundi: & vt diuerteret populū suū ab egyptiorū cōsuetudine. Secundū Iosephū egyptij incipiebant annū ab autūno quā fuit diluuiū Noę: quod incepit vt ipse Iosephus testatur mēse secūdo ab æquinoctio autūnali: quāuis aliqui exponāt illud

Gen. 7. Anno sexcētesimo vite Noë mense secūdo inceperunt diluuiū
 vt referatur secūdus mēsis ad etatem Noë hoc est q̄ inundare cepit
 diluuiū mense secūdo post sexcentimū annum ipsius Noë: nō mēse
 secundo siue veris, siue autūni vt alij exponunt. Permisit tamen Moy
 ses in sabbato requietionis terræ, & Iubilei vt ab autūno Iudæi etiā
 aliquo modo fumerēt anni exordiū ob fructuū collectionem. Nec ta
 men in scripturis diuinis ille mēsis fructuū dicitur prim⁹ sed septim⁹,
 quoniā apud hebręos principale annorū initiū erat in vere: secunda
 rium vero ex accidenti erat in autūno. Quarto dicūt Christum ideo
 passum esse verno tēpore feria sexta, hora sexta, vt satisfaceret pro pec
 cato hominis ppetrato in exordio mūdi quando creat⁹ est homo ipse
 feria sexta: qui & hora sexta peccauerat: quod mixtica & probabili ra
 tione inferri potest. Hanc secundam opinionē tanquā efficacius pro
 batam sequūtur plures antiqui, & grauissimi doctores, videlicet Hie
 ronymus, Ambrosius, Basili⁹ in exameron, Ioānes Damascenus, Be
 da, Rabanus super exodū. 1. 2. capite: & magister historiarū ibidem,
 Isidorus lib. 5. ethim. ca. de tēporibus, Ioānes de sacrobusto. ca. de re
 gulari solari, Seruius in primū Georg. Linconiēsis, Gualterius mona
 ch⁹ in libro de etate mūdi, Elpacus in libro de astrologia, Paulus ep̄s
 Forosempronien̄sis & plures alij. Ioānes vero in summa Anglicana sic
 dicit. Hanc quēstionē an mūdos fuerit creatus in equinoctio vernali
 vel autūnali determinare non audeo. Sed si auderē, non sufficerē. Ra
 tiones aut̄ (vt mihi videtur) plures & fortiores sunt pro illa parte sci
 licet q̄ mūdos sit creatus in equinoctio vernali. Hęc ille. Nos ergo va
 lidioribus victi rationibus opinamur licet nobis certū non sit, q̄ mū
 dus verno tpe creatus fuerit: & hanc opinionē sequimur in annorū
 cōputationibus, sicut librorum Regum author sequitur in enumera
 tione annorum ab egressu filiorum Israel de egypto.

De temporum, & etatum seculi distinctione.

Cap. 3.



Decursus tēporum ab initio sæculi ad ei⁹ finem diuersis
 modis distinguitur. Cōmuni qdē ac generali modo in
 tria præcipue tēpora secatur iuxta triplicē dei legem, vi
 delicet in tēpus legis naturæ: in tēpus legis scriptæ per
 Moysen: & in tēpus legis gratiæ per Christum. Speciali
 vero modo secundū doctores catholicos in septē partes distinguitur
 iuxta septē etates humanę vitæ: quę diuidūtur secundū ipsius homi
 nis mutationes per totū tempus humanę vitę, videlicet in infantia,
 pueritia,

pueritiã, adolescentiã, iuuenturem, virilitatẽ, senectutem, ac decrepi-
 tam. Et licet quidã doctores describant fuisse quinque etates ante Chri-
 sti aduentũ: & ipsum Christum in sexta cõstituãt: animasq; deceden-
 tium in septima ponãt: nõ considerantes q; etates cõpetunt homini-
 bus viuentibus in præfenti sæculo nõ animabus à corpore seiunctis;
 quẽ à tẽpore ipso remotẽ nõ potiuntur vita humana cũ anima nõ sit
 homo: sed coniunctũ ex anima & corpore: potius tamen fm scriptu-
 ras canonicas & Philonem Hebrẽum atq; Ioãnem Damascenũ sex
 etates ante Christum annumerãdẽ sunt: & ipsum Christum qui cir-
 ca finem sæculorum carnem assumpsit in septima fuisse censendum
 est, cum sæculi etates distinguantur ex aliqua excellenti mutatione fa-
 cta circa homines viuentes in hoc sæculo: quẽ septies in scripturis le-
 1 gitur. Prima igit mundi etas est ab orbe condito ad vniuersale aqua-
 rum diluuium quo ipse mundus aqua summersis prauis hominibus
 2 in melius innouatus est. Secũda ab ipso diluuiio vsq; ad Abraam pa-
 trem multarum gentium à Deo constitutum: cui data est lex circũci-
 3 sionis: & eidem specialis promissio de Christo facta est. Tertia ab ipso
 Abraam vsq; ad legẽ latam per Moysen cum populus in tabulis lapi-
 4 deis præcepta diuina recepit. Quarta à lege Moysi, & inchoato fede-
 ris tabernaculo ligneo ac mobili vsq; ad regem Dauid: cui rursus fa-
 cta est repromissio de Christo: vel vsq; ad inchoatum Salomonis tem-
 plum lapideũ ac stabile. Vnde satis miramur cur quidã omittãt eta-
 tem factã ex mutatione per legẽ Mosaicam quẽ præcellẽs est & cõfide-
 ratione digna: atq; tertiã cum quarta eandẽ esse affirmẽt etatem, à se-
 ptẽnario numero vnã detrahentes: ita vt absq; cõgrua ratione coacti
 sint addere septimã animarum separatarũ etatem quẽ ad sæculi vitã
 nõ pertinet vt iam diximus: & eo magis miramur cur tempore legis
 late per Moysen non distinguãt etatẽ cum tunc fuerit ipsa distinctio
 5 trium principalũ temporum de quibus dictũ est. Quinta vero etas
 inde subsequitur à Dauid, vel à templo Salomonis inchoato vsq; ad
 6 ipsius tẽpli desolationẽ in captiuitate Babylonica. Sexta à templi de-
 7 solatione vsq; ad Christi natiuitatẽ. Septima demũ ab ortu saluato-
 ris, & deinceps vsq; in sæculi finẽ. Has etiã septẽ etates eodẽ modo di-
 stinguuit Ioãnes Damascenus in. 2. lib. dicens. Dicuntur septem sæcu-
 la mundi huius à coeli, & terre, videlicet creatione vsq; ad cõmunem
 hominum consumationẽ, & resuscitationem. Octauum autem sæcu-
 lum est quod futurum est. Hęc ille. Eadem septem sæcula ita digere si-
 cut & nos cõmentator eius. Iudocus Clitoveus vt in eius cõmenta-
 rijs apparet. Iuxta vero ethnicos Italos sex distinguũtur sæcula secũ-

dum genera metallorum, ita q̄ primum sit seculū aureum, secundum argenteum, tertium æneū, quartum stanneum, quintum ferreum, sextum plumbeum vt vberius dicemus in sequentibus.

De procera gigantum statura in priscis etatibus.

Cap. 4.



N Prædictis mundi etatibus, à prima, ad ultimā corpora humana plurimū decreuerūt. Nam si cōparemus corpora hominum etatis nostrę ultimę, ad corpora eorum qui prioribus etatib⁹ floruerunt: cognoscemus nostra minima esse: quoniā ipsi gigātes fuere procerę celsitudinis vt vix à nostri tēporis hominibus credi possint. Quod autē tunc fuerint gigantes diuina scriptura cōmemorat eos, & præcessisse diluuiū: & postea etiā subsequutos diuersis tēporibus. Nam Gen. 6. cap. dicitur. Gigantes enim erāt super terrā in diebus illis hoc est ante diluuiū. De ipsis vero qui post diluuium fuerunt dicitur Deute. 2. Non pugnes cōtra Moabitas. Emim primi fuerūt habitatores eius: populus magnus, & validus, & tā excelsus vt de Enachim stirpe quasi gigantes crederentur, & essent similes filiorū Enachim. Deniq; Moabites vocant eos Emim. Et infra. Terra filiorū Amon, terra gigantum reputata est: & in ipsa olim habitauerunt gigātes: quos Amonite vocant Zomin: populus magnus, & multus, & procerę longitudinis sicut Enachim. Dicebantur enim Enachim gigantes ex Enochia ciuitate quā edificauit Enoch filius Cayn denominans eam Enoch, à nomine suo: vnde dicti sunt gigātes Enachim vel potius Enochim. Nō est ergo putandum fabulosum quod narratur de magnitudine gigantum. Nam Augu. in. 15. de ciui. Dei cap. 9. dicit. Nobilissimus poeta, scilicet Virgilius in. 12. Æneidos de ingēti lapide quē in agrorū limite infixum vir fortissimus illorum tēporum pugnans: & rapuit, & eucurrit, & intorsit, & inuisit: Vix illum lecti bis sex ceruice subirent: Qualia nūc hominū producit corpora tellus: significās maiora tunc corpora pducere solere tellurē. Quāto magis igitur tēporibus recentiorib⁹ mundi ante illud notabile, diffamatūq; diluuiū? Sed de corporum magnitudine plerūq; incredulos nudata p̄ vetustatē siue per vim fluminū, variosq; casus sepulcra cōuincunt: vbi apparuerunt vel vnde ceciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse nō solus sed aliqui mecum in Vticensi littore, molārem hominis dentem tam ingentem, vt si in nostrorum dentium modulos minutatim conscinderetur centum nobis videretur facere potuisse. Sed illum gi-

gantis alicuius fuisse crediderimus. Hęc Aug. Solinus etiam in libro de mirabilibus mūdi ca. 5. ait. Scripta quoq; quę ex antiquitate memorias accersunt in fidem veri quibus receptū est q̄ bello Cretico cū elata flumina plusquā vi amnica terras rupissent, post discessum fluminū inter plura humi discidia humatū corpus repertum cubicū trium, atq; triginta: cuius spectandi cupidine Luciū Flaccum legatum, Metellum etiā ipsum impēdio captos miraculi, quod auditu refuta- uerant, oculis potiros. Hęc ille. Nec audiendi sunt illi qui dicūt gigātes ex demonibus incubis natos fuisse ex eo q̄ dicitur Gen. 6. ca. Post quā Ingressi sunt filij dei ad filias hominū: illeq; genuerūt: isti sunt potentes à seculo viri famosi. Nō enim filij dei hoc est angeli lucis concumbunt cū mulieribus sicut quādoq; faciūt incubi demones vt nōnulli affirmant nō sanè intelligentes diuina eloga. Nam per filios dei intelligūtur filij descendentes ex linea Seth; qui dicebant filij dei propter verū dei cultum qui in eis vigeat: quorū plures ante diluuiū cōtra pręcepta patrū suorum acceperūt in vxores filias ex Cayn descendentes: cuius progeniti dicebātur filij hominū quia terrena & humana sapientes à Deo discesserāt. Gigātes autē non nisi ex gigantibus gigni possunt: quia secundū naturam vnūquodq; animal generat sibi simile vel equale nisi forte accidat virtutis debilitas: vel abundantia in generāte. Nam homo magnus magnū: & paruus parū sibi similem vt plurimū generat. Si tamē deficiat in generāte virtus, magnus paruum gignit quod facile potest accidere: & si abūdat virtus in paruo, magnū quādoq; generat: sed nō excessiua quātitate maximū. Nō enī in paruo homine potest esse tāta virtus vt gignat gigantē tantę magnitudinis vt in decuplo excedat generantis quātitatē vel multo amplius: sicut nō est possibile vt canis generet catulū: qui crescat & perueniat ad elephantis magnitudinē. Gigātes autē ceteros homines maxima quātitate superabāt vt exploratores Iudeorū qui ad cōspiciendam terrā Canaam missi fuerāt testati sunt dicētes vt scribit numeri. 13. ca. Populus quē aspeximus p̄cere stature est. Ibi vidimus monstra quędam filiorū Enach de genere giganteo: quibus cōparati quasi locustę videbamur. Quia ergo gigātes etiā fuerunt post diluuiū cum omnes ex Noe & filijs eius & vxoribus originē traxerint oportet fateari ipsum Noe & filios, atq; vxores fuisse gigātes: quod & affirmat Berofus in libro antiquitatū. Dicit etiā idem Berofus ante diluuiū circa Libanū fuisse Enos siue Enoch urbem maximā gigantū quod & rationi consentaneū est: quoniā si Noe & filij eius fuerunt gigātes oportet dicere etiā Adam ex quo illi & ceteri gigātes orti sunt, fuisse gigantē

& inter omnes maximū. Quod & affirmat Methodius Episcop⁹: qui dicit Adam genuisse filiū Seth gigantem secundū similitudinem suam. Idem pbari potest diuina scriptura. Scribēte enim Iosue. 1 4. ca. Nomen Hebron antea vocabatur Chariatarbe. Adam maximus ibi inter Enachim situs est. Vbi describitur sepulcrū prothoplasti Adam vt ait Hieronymus in lib. de locis hebraicis, Adam ergo gigantū maximus inter gigantes qui dicūtur Enachin, cōditus est. Cū enim scriptura ibi loquatur de gigantibus, & de sepulcro corporis Ade, ac dicat Adam maximū patet q̄ nō loquitur de dignitate originis nec de magnitudine virtutis animę: sed de p̄ceritate corporis eius quod ibi sepultum erat. Sepulcrum nāq̄ non animę neq̄ cuiuscūq̄ dignitatis sed tantūmodo corporis locus est. Oportebat autē ipsum esse maximum corpore cū primus fuerit à quo ceteri gigantes originē duxerūt. Processu autē temporis deficiēte virtute naturali paulatim homines statura decreuerūt sicut & modo tēpore nostro videmus. Vnde Plinius Secundus doctissimus homo vt ait Aug. in. 1 5. de ciui. Dei ca. 9. Quanto magis magisq̄ pręterit sęculi excursus minora corpora naturam ferre testatur. Quod etiā Homerum cōmemorat sepe carmine fuisse conquestū: nō hęc velut poetica figmēta deridēs: sed ita historicam fidem tanquā miraculorū naturalium scriptor assumens. Ab initio autē sęculi fuerūt corpora maiora robustiora, & perfectiora: nunc autē sunt parua imbecillis, & imperfectioris virtutis. Et licet corpus Christi fuerit perfectissimū: non tamen necesse fuit vt haberet corpus quātite gigātis procerū: sed oportuit illud esse simile corporibus aliorum qui in ea vltima sęculi etate viuebāt. Vnde & crucifixus est media etate iuxta cursum humane vite qua homines eiusdem etatis viue solebant, eo q̄ vt Apostolus dicit ad hebre. 2. debuit per omnia similis fratribus fieri.

De vita proluxa priscorum patrum.

Cap. 5.



Priscorum patrum ante diluuium in prima etate, & postea in secunda proluxam vitam describit Moyses in libro Geneseos. Numerus autem annorum patrum qui in prima etate fuerunt Gene. 5. ita digeritur iuxta hæbraicam veritatem.

- | | |
|---------------------------------------|------|
| 1 Adam vixit annos nōgentos triginta. | 9 30 |
| 2 Seth nōgentos duodecim. | 9 12 |
| 3 Enos nōgentos quinq̄. | 9 05 |

Caynam

4	Caynam noventos decem.	910.
5	Malaleel octingentos nonagintaquinque.	895.
6	Iareth noventos sexagintaduos.	962.
7	Enoc trecentos sexagintaquinque.	365.
8	Mathusalem noventos sexagintanovem.	969.
9	Lamech septingentos septuagintaseptem.	777.
10	Noe annos noventos quinquaginta, vt dicitur Gen. 9.	950.

Numerus vero annorum patrum, qui fuerunt in secunda etate post diluuium. Gen. 11. ita describitur.

1	Sein vixit annos sexcentos.	600.
2	Arphaxat trecentostriginta & octo.	338.
3	Sale quadringentostrigintatres.	433.
4	Heber quadringentos sexagintaquatuor.	464.
5	Phalech ducentostrigintanovem.	239.
6	Rehu ducentostrigintanovem.	239.
7	Saruch ducentostriginta.	230.
8	Nachor centumquadraginta octo.	148.
9	Thare annos ducentos quinque.	205.

Sicut in hac secunda etate à prima numerus annorum decreuit, & paucioribus annis vixerunt: ita & in tertia minorem duxerunt vitam.

Abraham enim vixit annos centum septuagintaquinque. Gen. 25. 175.

Isaac annos centum octoginta. Gen. 35. 180.

Iacob centum quadragintaseptem. Gen. 47. 147.

Ioseph centum & decem. Gen. 50. 110.

Dubium autem oriri potest, qualiter predicti anni antiquorum hominum accipiantur, cum multis modis apud diuersos annus dicatur.

Dicit enim Xenophon in libro de equiuocis. Annus diuersus est.

Etenim ipsi Aegyptii vtuntur anno quandoque menstruo, saepe bimestri: non raro trimestri: saepe quadrimestri: nonnunquam solari. Quae

varietas etiam ex nostris, qui ab eis literas habuerunt, sapientes cogit aberrare. Iberis annus quadrimestris vt plurimum est, rarissime solaris.

Econtra Caldei cum in antiquitate disciplinarum suarum vtatur menstruo: in ceteris semper solarem se intelligere fatentur. haec ille.

Sed proprie duae sunt annorum rationes à diuersis nationibus & gentibus vsu habitae, videlicet solarium, & duodecim lunationum, vt dicit

Paulus episcopus Forosempronienensis parte prima suae Paulinae libro. 2. Nam Persae, Caldei, Aegyptij, & Alexandrini solares annos

semper obseruarunt, licet intercalatione diei ex quadrantibus resultantis dissenserint. Sed prisca Romani & Graeci Lunares annos custodie-

runt: quos tamen per embolismos ad Solis cursum reducere solent. Juniores vero Romani per Iulium Cæsarem ab Alexandrinis edoctum, solares annos receperunt. Arabes Lunares annos puros & imistos obseruant. Sed Hebræi mediam quandã missuram ex anno solari atq; lunari cõfectam in vsu habent: quoniã annos lunares per mensem embolismum anno tertio vel quandoq; secundo superadditum ad Solis cursum reducunt. In scripturis diuinis vsus Hebræorũ seruaficuit & ordinauit Noe. Qui, vt ait Berofus in. 3. antigatũ, docuit suos astrorum cursus: & distinxit annum ad cursum Solis, & duodecim menses ad motum Lunę. Prædictos autem annos præcorũ patrum, quos describit Moyses, non fuisse menstruos, vt quidam olim falso putauerunt: sed annos quidẽ solares continentes lunares menses duodecim & .11. dies manifeste probat ex verbis Moysi: qui in eodẽ libro Genesios, vbi ponit præfatum annorũ numerũ, affirmat Noe cum filijs & vxoribus tempore quo factũ est diluuiũ, in arca mansisse per integrũ annũ solarem: vt etiã ex eius verbis cõputat Aug. in. 15. de ciuitate dei. Nam Gen. c. 7. principiũ diluuij fuisse describitur anno sexcentesimo vitæ Noe. & sequenti capite dicitur ipsum cõpletũ esse anno sexcentesimo primo eiusdem: atq; à principio ad finem interesse duodecim lunares menses ac decem dies: quæ cõficiunt annũ solarem minus vno die. Vt enim ibi dicitur: anno sexcentesimo vitæ Noe mense secundo septimo & decimo die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magnę: & cataractę cœli aperte sunt: & facta est pluuia super terrã. 40. diebus & .40. noctibus: obtinueruntq; aquæ terram centum quinquaginta diebus, hoc est mensibus lunaribus quinque. Requieuitq; arca mense septimo. 27. die mensis super mōtes Arme-nię. At vero aquę ibant & decrescebant vsq; ad decimũ mensem. Decimo enim mense prima die mensis apparuerunt cacumina mōtiũ. Ex quo patet vniuersam terrã aquis opertã fuisse nouem mensibus: quod etiã confirmat Xenophon in libro de equiuocis affirmans diluuium illud primũ fuisse nouemestrem. Deinde cũ trãssissent. 40. dies, emisit semel coruũ: postea bis colũbã spacio triũ hebdomadũ. Tãdẽ ita ibi cõcludit. Igitur sexcẽtesimo primo anno vitę Noe primo mense, prima die mensis imminutę sunt aquę sup terrã. Et infra mense secundo septimo & vigesimo die mensis arefacta est terra. Tunc ad iussum dñi omnes de arca exierunt. Cũ ergo intrauerint arcã sexcentesimo anno vitę Noe, secundo mense, die. 17. eiusdẽ, & postea transactis. 12. mensibus lunaribus, ac diebus decẽ, eodem. s. secũdo mense die. 27. eiusdem inde exierint, anno sexcentesimo primo vitæ Noe:

patet Moysen ibi, & etiã alibi locutũ fuisse de anno solari. Nã, vt ait Aug. ibidẽ, si tales menses erant, tales profecto & anni erant, quales nunc habemus: ac p hoc tã magnos annos vixerunt illi antiqui vsq; amplius q̄ nongentos, quãtos postea vixit Abrahã centũ septuagintaquinque; & post eũ filius eius Isaac centũ octoginta: & Iacob centũ quadraginta septẽ; & quantos etiam nunc viuunt hoies. 70. vel. 80. vel non multo amplius: de quibus etiam in psalmo. 89. dictum est. Dies annorũ nostrorũ in ipsis. 70. anni. Si autẽ in potẽtatibus, idest in potentioribus & robustioribus. 80. anni: & amplius eorũ labor & dolor. hec ille. Ex dictis certi sumus Moysen locutũ fuisse de anis solaribus. Nec solus Moyses retulit vitam priscorũ tandiu durasse: sed etiã de his longẽuis cõscribunt omnes, qui antiquitates apud Greecos & Barbaros descripserũt: vt Manethon qui Aegyptiorũ historiã texuit: & Berofus qui Caldaicã deflorauit: & Mocus: & Esthius: adhuc & Hieronymus Aegyptius: & Maseas, qui Fœnicã descripserũt. Hesiodus quoq; & Hecatheus: & Hellanicus: & Agasilus: & Ephorus in historijs suis memoriã faciunt antiquorũ tandiu viuentiũ, vt refert Iosephus in primo antiquitatũ. Nec mirũ si tunc in ætate floridissima hoies tanto tẽpore vixerunt: quia, vt iam probatũ est, ipsi erant robustissimi, ac gigantes procerẽ stature; & fm robur corporis & stature celsitudinẽ erat & longitudo virã. Tunc etiã eis magis propitium fuit ipsum cœlũ à Deo perfecta dispositione creatũ: tunc terra eis erat fertilior præcipue ante aquarum inundationẽ. Victus eis continens erat: qui sanitatẽ cõseruat, & vitam producit in longum. Oportuit autẽ eos Deo disponente tanto tẽpore vitã agere, vt citius multiplicaretur genus humanũ: & terra colonijs repletetur: & vt facilius adinuenirent artes: & scientias plenius per seipfos discerent proprio enim ingenio (vt de ceteris taceã) nullus potest plene Astronomiam capere, nisi vltra octingentos vel nõgentos annos vixerit. propter motũ accessus & recessus, quem dicunt trepidationis: qui proprius est octauæ spheræ, quo ceteri planetæ inferius regulantur, & tandiu suo cursu impletur.

De differenti annorum computatione inter scriptores.

Cap. 6.



Annorum numerus primẽ & secundẽ ætatis nõ idẽ ab oĩous scriptoribus ponitur: sed inter se ipsi authores magna discrepantia differunt. Nam qui sequuntur hebræos codices, & latinos ex hebræo sermone à beato Hieronymo

B ij

tralatos, pauciores annos colligunt. Qui vero sequuntur Græcos
 iuxta septuaginta interpretes & latinos ante Hieronymum è Græco
 traductos, multo plures annos in eisdem duabus ætatibus compu-
 rant. De quorum dissonantia copiose disputat Aug. in. 15. lib. de ci.
 Dei: ex cuius verbis quid sequendum sit, accipere possumus. Prius tñ
 inquirenda est tantę diuersitatis causa: & postea huius rei veritas re-
 cto iudicio decernenda est. Huius differentię descriptio varia originē
 habuit non ex annorum integro numero totius vitę priscorū homi-
 num: in quo tam codices hebręi q̄ gręci conueniunt: sed ex tempo-
 re quo singuli quicq; filios genuerunt. Siquidem ipse homo primus
 Adam antequā gigneret filium, quem appellauit Seth in hebręis co-
 dicibus centumtriginta vixisse annos reperitur: in Gręcis vero ducē
 rostriginta perhibetur, superadditis videlicet annis centum. Sed po-
 steaq̄ eum genuit, septingentos vixisse annos legitur in Gręcis, octi-
 gentos vero in Hebręis: atq; ita in vtriscq; vniuersitatis sūma concor-
 dat. Sed ante generationem unde computatio tēporum sumitur, cen-
 tum annorum differentia reperitur. Quod autem in prima genera-
 tione, hoc in secunda, tertia, quarta, quinta, & septima inuenitur: cū
 in qualibet ante generationem cētum anni adiiciantur in gręcis co-
 dicibus: qui & postea in eisdem subtrahuntur. In sexta autem genera-
 tione nusq̄ vtriq; codices discrepant. Octaua generatio habet quidē
 nonnullam diuersitatem: sed minorem, ac dissimilem ceteris. Mathu-
 salem quippe anteq̄ gigneret Lamech s̄m Hebręos nō centū minus,
 sed viginti amplius vixit annos: qui rursum apud Græcos postea q̄ eū
 genuit, reperiuntur additi. In generatione nona anteq̄ Lamech gigne-
 ret Noe, in hebręis sex anni minus sunt q̄ in gręcis. In decima vero
 generatione nihil dissonum inuenitur. Hinc est q̄ s̄m Hebręos ab
 Adam ad diluuium computantur anni mille sexcenti quinquaginta
 1636 sex. Secūdam vero septuaginta interpretes computantur multo plu-
 2142 res, videlicet anni duo millia ducenti quadraginta duo. Nam addi-
 ris supra computationem hebraicam sexcentis annis, prædictarum
 sex generationum: & sex annis generationis nonę: detractisq; viginti
 586 generationis octauę, qui simul sunt anni quingēti octoginta sex, red-
 ditur numerus annorum duorum millium ducentorum quadragin-
 ta duorum s̄m Gręcos ante diluuium. Similiter in generatiōibus no-
 uem secūde gratis, ferē eadem diuersitas annorum reperitur, sicut an-
 te diluuium. In prima tamen & nona generatione vtriq; conueniūt.
 In secunda, tertia, quarta, quinta, sexta, & septima, in qualibet earū
 ante genitum filium centum anni in codicibus gręcis iuxta septua-

ginta interpretes adijciuntur & in octaua quinquaginta. Qui omnes collecti fiunt anni sexcenti quinquaginta. Secundum autem Hebræos à diluuiò ad Abraham fuerunt anni ducenti nonagintaduo: quibus si addantur sexcenti quinquaginta sicut Græcos fiunt anni sicut ipsos à diluuiò ad Abraham nonaginti quadragintaduo. Aug. autem in. 16. de ciui. d. c. 10. inter Arphaxat & Sale ponit Caynã: & dicit ipse Caynam genuisse Sale cum esset centum triginta annorum sicut codices à Græco traductos, quibus tunc utebatur Augu. Sed hoc tantum in Græcis superadditum est, cum in genealogia ipsius Sem post diluuium nullus inueniatur nomine Caynam non solum sicut codices hebræos: sed etiam sicut Berosum: qui eandem genealogiam Sem fideliter describit, & nullum nominat Caynã. Vnde patet eum à Græcis ibidem superflue adiectum. Dicunt autem aliqui inter quos est Hertmãnus: & Ioannes Naucleus in suis historijs, quod Sale cognomine dicebatur Caynam: & idem est Sale & Caynã post diluuium. Aliqui ergo putantes eos duos viros cum in quibusdam codicibus inueniantur duo nomina diuersa, descripserunt in eis duplicem generationem eiusdem tamen numeri annorum. scilicet centum triginta cuilibet ipsorum: & sic error inoleuit in codicibus, quos legit Augu. qui ad nos usque peruenerunt. In genealogia etiam Christi, que scribitur Lucæ. 3. in codicibus græcis, idem Caynã superadditus est. Ideoque ubi dicitur ibidem. Qui fuit Heber. Qui fuit Sale. Qui fuit Caynam, sic fieri debet emendatio. Qui fuit Heber. Qui fuit Sale, qui & Caynã. scilicet alio nomine cognominabatur: & ubi scriptum est verbum fuit, scribatur copula &, ut discernantur ea esse duo eiusdem uiri nomina. Sic enim extimamus Lucã euãgelistã scripsisse. Non est ergo necesse addere centum triginta annos, qui ipsi Caynã superflue attribuuntur à Græcis. Si igitur comparemus utraque computationem: reperiemus ipsam computationem sicut codices græcos, superare supputationem hebraicã in duabus predictis ætatibus annis 53. mille ducentis trigintasex. Nam ex superabundantibus annis quingentis octogintasex ante diluuium: & annis sexcentis quinquaginta post ipsum diluuium simul iunctis, predictus annorum numerus confurgit. Ex hac magna differentia inter græcos codices & hebræos dissensio non modica inter scriptores orta est: ad quam sedandã inquirendum est quæ harum computationum vera comprobetur.

De annorum uera computatione secundum Hebræos.

Cap. 7.

EX his duabus computationibus uerã solã esse hebraicã & consequenter græcã falsã his rationibus manifeste monstrat.

mus. Illa enim tēporū descriptio vera probatur, q̄ cōuenit ceteris authoribus q̄ publica fide regū tēpora descripserunt: q̄a verū vero cōsonat: & teste Iosepho de antiquitate iudaica, veritatis historiē signū illud est, vt de eisdē rebus eadē oēs conscribant. Sed Moysis descriptio hebraico sermone cōuenit in tēporibus post diluuiū Beroso: qui Caldeorū diligētissime tēpora descripsit: & eis q̄ Aegyptiorū prias Dynastias fideliter scripsere: necnō & illis q̄ ethruscā & Italicā chronographiam hīs tradiderūt, vt in sequētibus libris quatuor manifestū erit: ergo hebraica cōputatio est vera: & gr̄ca iuxta septuaginta interpretes cū à cōcordi veritate dissonet falsa cōuincit. Nō tñ dicimus mendaces eosdē septuaginta interpretes merito celebratos viros: quos recte s̄m hebraicā veritatē scripturas trāstilisse putamus, quos & summo opere veneramur: sed eū siue aegyptiū siue gr̄cū dānamus q̄ primus eorū interpretationē deprauare, & hīs sacris aliqua proprio sensu addere ausus est. Eosq̄ iuste reprehendimus, q̄ nō recto iudicio hūc errorē sequētes, putāt Hebr̄cos in hoc potius errare potuisse q̄ Gr̄cos. Ait. n. Aug. in 15. de ciui. d. c. 13. Si quærā q̄d sit credibilius Iudeorū gentē tā longe lateq̄ diffusam in hoc cōscribēdū mendaciū vno cōsilio conspirare potuisse: & dū alijs inuideant autoritatē, sibi abstulisse veritatē: an septuaginta hoīes, q̄ etiā ipsi Iudei erāt, vno in loco positos: qm̄ Rex aegypti Ptolem̄us eos ad hoc opus ascieuerat, ipsam veritatem gētibus alienigenis inuidisse: & cōmunicato istud tunc fecisse cōsilio: q̄s nō videat q̄d procliuus faciliusq̄ credat? Sed absit vt prudēs q̄spiā vel Iudeos cuiusq̄ pueritatis atq̄ malitiē tātū potuisse credat in codicibus tā multis, & tam longe lateq̄ dispersis: vel septuaginta illos memorabiles viros hoc de inuidēda gētibus veritate vnū cōmunicasse cōsiliū. Credibilius ergo q̄s dixerit, cū primū de bibliotheca Ptolem̄i describi ista coeperūt, tūc aliqd tale fieri potuisse in codice vno. s. primitus inde descripto, vnde iam latius enarrat: vbi potuit q̄dē accidere etiā scriptoris error. Hac Aug. ibidē. Causa autē additionis centū annorū pluribus eorū generationibus ante filiorū procreationē ex industria cuiuspiā hac putatur: ex eo q̄ Aegyptij q̄nq̄ vtunt̄ ānis mēstruis breuissimis, vt dictū est. Ne ergo putareē impossibilis ac p̄ hoc incredibilis maximus annorū solariū numerus, sicut scriptū est in hebr̄eis voluminibus: & ne dicereē absurdum, q̄ q̄s in puerili etate generationi filiorū aptus fuerit, vbi nō videbat̄ sufficiens etas ad gignendū: facta est additio centū annorū ante generationis tēpus. Sed tñ, vt dictū est, vbi addunt̄ anni prius ante filios genitos, postea subtrahunt̄, vt annorū summa cōueniat. Et ex

hoc videt̄ habere quādā, si dici potest, error ipse cōstantiā: nec casum
 redolet, sed industriā, vt Aug. ibidē dicit: qui & addit. Vbi vero non
 est ista de centū annis prius additis, & postea detractis p̄ tot genera-
 tiones cōtinuata paritas, scriptoris errori tribuēdū est: cū etiā nunc
 vbi numeri nō faciunt intētū ad aliquid, quod facile possit intelli-
 gi: vel quod appareat vtiliter disci, & negligēter describant: & negligē-
 tius emēdent. Hebraica veritas ex hoc etiā cōprobat, q̄a rerū gesta-
 fides ab ea lingua repetēda est, ex qua interpretatū est quod habem⁹.
 Quod & affirmat idē Aug. in. 1 5. de ci. d. c. 1 3. dicens. Sed quomo-
 dolibet istud accipiat, siue credat̄ ita esse factū, siue nō credat: siue po-
 stremo ita, siue non ita sit: recte fieri nullo mō dubitauerim, vt cū di-
 uersum aliqd̄ in vtrūq; codicibus inuenit: q̄n̄quidē ad fidē rerū gesta-
 rum vtrūq; esse nō potest verū: ei linguæ potius credatur, vnde est in
 aliā p̄ interpretes facta tralatio. Hinc & venerabilis Beda doctor An-
 glorū in libro, quē scripsit de tēporibus in epilogo eiusdē opusculi
 dicit. Hęc de cursu p̄teriti seculi ex hebraica veritate, put potuim⁹,
 elucubrare curauimus: æquū rati q̄ sicut Græci septuaginta transla-
 torum editione vtētes, de ea sibi suisq; tēporū libros condidere: ita &
 nos, q̄ p̄ beati interpretis Hieronymi industriā puro Hebraicę verita-
 tis fonte potamur: tēporū quoq; rōnē vix hanc scire q̄amus. Hęc Be-
 da. Sunt etiā magis emēdata exēplaria hebręa q̄ gręca: q̄m ipsi He-
 bręi maxima diligētia custodiūt libros diuinos, ne deprauent, quos
 summopere venerant sup̄ oēs alias nationes. Græci vero codices si-
 bi inuicē nō conueniunt. Falsam etiā cōputationem Gręcorū s̄m se-
 ptuaginta interpretes a scriptoribus vitiatā ex hoc ostendere possu-
 mus: q̄m veritati sacrę doctrinæ opponit. Vero enim nō nisi falsum
 cōtrariat. Secundū nāq; diuina eloquia vniuersali diluuiō deleta est
 oīs caro sup̄ terrā. i. oē viuens in carne exceptis illis octo, qui saluati
 sunt per arcā. Sed s̄m Gręcos codices iuxta septuaginta interpretes
 Mathusalē, qui nō fuit in arca, vixisset post diluuiū ānis. 1 4. vt egre-
 gie supputat Aug. in. 1 5. de ciui. d. c. 1 1. quod est contra veritarē sa-
 cri eloquij. Et si hoc ascribitur vitio scriptorum, vt iam diximus ad
 hebręos codices emendatiores, vnde Græci tralati sunt, recur-
 rendum est. Ait enim Aug. ibidem. Certum est non vixisse Mathusa-
 lem post diluuium, sed eodem anno fuisse defunctum: siue verum est
 quod de numero annorum in hebręis codicibus inuenitur. Idem di-
 cit Hieronymus in libro Hebraicarum questionum super Genesim:
 vbi ostendit in codicibus Græcis errorē esse in numero: & veritatem
 esse in Hebręis & Samaritanorum libris. Ex prædictis rationibus

LIBER PRIMVS

patet solam hebraicam computationē esse veram, gręcanicam verō falsam. Sed quoniā diminutę sunt veritates à filijs hominū, qui nō diligenti indagatiōe hęc quęsierunt: ideo multi falsam opiniōē inconsulte sequuntur. Inter quos est Iosephus postq̄ se literis gręcis tradidit. Eusebius & ipse gręcus: & Latini eū sequētes videlicet Isidorus, Prosper, & alij plurimi, quos enumerare longū esset. Nec tamen mirum si plures authores latini, gręcos codices s̄m septuaginta interpretes imitantur tum ob excellentē authoritatē ipsorū interpretū: tum etiam ex eo, q̄ potius gręcos eis vicinitate proximos q̄ hebraicos libros longe à latinitate remotos legerint. Et licet Aug. in. 1. 5. de ciui. d. c. 1. 4. dicat q̄ in plurimis, quę diuersa dicere videntur septuaginta interpretes, ex hebræis codicibus emendare ausus est nemo: hoc tamen idem Aug. dixit, quia tunc vtebatur traductiōe ex lingua gręca, & nondū perucnerat ad manus eius tralatio Hieronymi ex hebraica veritate: q̄ ausus est corrigere p̄ hebręā linguā q̄ falsa cōtinentur in gręca. Quāuis autē Aug. inter vtrāq; opiniōē quasi ambiguus videatur: tñ, vt ex verbis suis apparet, magis hebraicę veritati adhesit. Simili modo licet beatus Antoninus archiep̄s Florentinus in suis chronicis vtrāq; describat: magis tamen hebraicę tanq̄ verę consentit. Nā gręcā dicit magis cōem: hebraicam vero magis veritati consonā. Computationē autē hebraicam absolute describit Moyse legislator, Berosus Caldæus, Metasthenes Persa, Manethō Aegyptius, Philo hebræus, Hieronymus p̄sbyter, venerabilis Beda Vincērius Beluacensis, Ioānes Annius de Viterbio, Bartholomeus Fontius: & quidā alij temporibus nostris. Sed & Fontius supra verā cōputationē, quā probamus septem annos adijcit ante Christum. Ioannes vero Nauclerus licet annos enumeret iuxta cōem Gręcorū supputationem: tamen hebraicā etiā annotat, supra quā ante Christū duos tantū annos adijcit. Et licet parū à veritate distet, ingrēda est tñ rei plena veritas: quā in sequētibus q̄tuor libris iuestigabim⁹.

De annorum computatione per Olympiades.

Cap. 8.

Quoniam Gręci supputant tempora per Olympiades, dicendum est vnde dicatur Olympias: & quot annos contineat: & quando sumpserunt initiū p̄dictę Olympiades: & quo tempore ipsarū anni exordiantur. Sicut ait Eusebius & Isidorus in. 5. ethim. Olympia ludi erant, qui in honorem Iouis Olympij apud Pisam & Elidē Gręcię oppida celebrātur, hoc est gymnicum certamen, quod quinto quoq; anno fieri solebat. Sed

quoniã, vt ait Eusebius in gymnico certamine victore primo existẽte Chorebo Elinense: Elij agunt quinquẽnale certamen quatuor annis in medio expletis, in quibus principes annui cõstituebãtur quatuor: Idcirco Iphitus filius Praxonidis, siue Hemonis primus instituit Olympiadẽ ex quatuor tantũ annis ad ordinẽ temporũ digerendum. Vnde olympias dicta apud Gręcos quatuor annorũ continet spatium, vt etiã Phlegon, Eusebius, Africanus, Solinus, Dionysius Halicarnasicus & alij plures affirmant. Et exinde gręci tempora per Olympiades cõputare cõeperunt ita numerantes. Olympiadis primę, aut secundę, aut centesimę anno primo vel secũdo vel tertio siue quarto. Constat sanẽ, vt ait Eusebius, Aestili Atheniensũ Iudicis secũdo anno primã Olympiadẽ actã simul cũ gymnico certamine. Quę incepit annis octingentisocto ante Christi passionẽ dimidio anno minus: qm̃ passus est Christus anno quarto ducẽtesimę secundę Olympiadis, vt Eusebius annotat. Anni autẽ Olympiadum apud Gręcos incipiunt, qm̃ apud eos est anni principiũ, videlicet in æquinoctio autũnali, vt Alphonsus in tabulis annotat: & Rogerius Bachon in epistola ad Clemẽtẽ. 5. scribit. Nam in fine æstatis fiebat gymniciũ certamẽ: & incipiẽte autũno erat initiũ añi simul & Olympiadũ. Dicit enim Titus Liuius in. 7. lib. tertię decadis. Olympię ludicrũ ea æstate futurũ erat: quod maximo coctu Gręcię celebraret. Cũ autẽ dicit ea æstate non de principio & medio: sed de fine æstatis loquit. Idẽ affirmat Censorinus in libro de die natali capite de añis Romanis. Eodẽ tẽpore incipiũt anni indictionũ Romani imperij: quę indictio tribus lustris hoc est quindecim annis explet. Indictionibus vero initiũ anni est octauo calẽdas Octobris, hoc est die. 24. Septẽbris: & earũ prima origo fuit año tertio ãte Christi ortũ. Anni vero indictionũ põtificis Romani in die natiuitatis dñi sumunt initium, & differunt ab imperialibus tribus tantũmõ mensibus. Propter historias Gręcorũ & aliarũ nationũ necessaria est non solũ indictionũ, sed Olympiadũ cognitio. Dicit. n. Africanus in. 3. anna. lib. Vsq; ad Olympiades nihil exploratũ in historia Gręcorũ inuenitur: sed oĩa cõfusis cõscripta tẽporibus sunt. Post Olympiades vero, qm̃ quadriẽnio diligẽtissime oĩa notabant: nulla penitus cõfusio tẽporũ fit. Hęc ille. Idem etiã affirmat Eusebius in libro de temporibus.

De computatione Romanorum per annos ab urbe condita. Cap. 9.

Romani vero numerũ annorũ sumunt ab vrbe condita. Idcirco exordiũ Romanę vrbis nunc describẽdũ est. Tempus quo

Romana vrbs condita est describit̃ ab Eutropio: q̃ ait. Romulus cū inter pastores latrocinareſ decē & octo annos natus, vrbē exiguā in Palatino mōte cōstituit. i. z. calēdas Maias Olympiadis sextę. Idem affirmat Oroſius. Currebat qdē tunc quartus annus sextę Olympiadis. Dionyſius autē Halicarnafeus describit eā cōditā āno primo ſeptimę Olympiadis; & ſimiliter Solinus. Nec tñ Dionyſius, & Solin⁹ plurimū differunt ab Eutropio, & Oroſio: ſed ſimul aliquo mō cōueniunt: q̃a idem primus annus cōditę vrbis ferē dimidius fuit in fine ſextę; & penē dimidius in principio ſeptimę Olympiadis: qm̃ Roma cōdita eſt medio vere die. 20. Aprilis; Olympiadū vero anni incipiunt iuxta autūni æquinoctiū. Itaq; pars anni illius fuit in fine ꝑcedentis Olympiadis & in principio ſubſequētis. Romani vero quos Oroſius & Eutropius imitant̃ ex publica fide annaliū Romanorum incipiunt primum annū conditę vrbis à. 4. anno ſextę Olympiadis. Quod probat̃ ex hoc q̃ imperantibus Romę duobus; Philippis patre v3 & filio anno dñi ducēteſimo quadageſimo octauo, milleſimus annus Romanę vrbis fuit; & tūc, vt ait Pōponius Lętus, eorū anno ſecundo ingenti pōpa, magnoq; ſumptu & apparatu, ſeculares ludi anno v3. milleſimo ab vrbe cōdita. i. z. calendas Maij celebrati ſunt. Ab anno autē. 4. ſextę Olympiadis, vſq; ad annum. 3. Olympiadis 256. cū erat annus ſecūduſ p̃dictorū imperatorū ſunt Olympiades 250. q̃ cōtinēt ānos mille. Et ab vrbe cōdita vſq; ad Chriſti natiuitatē, vt ait Paulus Oroſius, fuerūt anni. 752. quos ſi iunxeris ānis dñi 248. quo tēpore fuit annus milleſimus vrbis; ſimiliter cōficiēs milenarium annoꝝ numerū. Idē cōfirmat̃ ex verbis Cenſorini: q̃ authorem Varronē imitatus ait in libro de die natali capite de annis Romanis. hic annus, ni fallor, cuius velut index & titulus qdā eſt Vlpij & Pōtiani cōſulatus ab Olympiade prima milleſimus eſt & quartuſdecimus ex diebus dūtaxat æſtiuis, q̃bus agon Olympiacus celebratur. A Roma autē cōdita nōgēteſimus nonageſimus primus & qdē ex Palilibus, vnde vrbis anni numerātur. Hęc ille. Si ergo ab annis 1014. ex prima Olympiade collectis minuas ānos vigintitres, hoc eſt Olympiades ſex vno anno minus ante vrbē conditā reſidui erunt āni cōditę vrbis. 991. vt recte cōputat Cenſorinus ab āno. ſ. 4. ſextę Olympiadis. Et ideo potius tenēdū eſt Romā cōditā ꝑꝑe finē ſextę Olympiadis q̃ in Principio ſeptimę: ideo ibi primus annus cōditę vrbis annotādus eſt. Oēs autē alię opiones cōtrarię falſę cēſendę ſūt.

De annorum Domini computatione.

Cap. 10.

IN cōputandis annis dñi, quo ad eorū initiū plures authores inter

se differūt. Quidā. n. sumūt eos ab ipsius incarnatione. quidā à natiuitate: quidā à calēdis Ianuarij octauo die suę natiuitatis: & quidā à passione ac morte. qui oēs modi cōprobari possunt seruata conueniēti supputatione. Sed inter oēs cōueniētissimus modus est, vt sumatur initiū annoꝝ dñi ab eius natiuitate: qm̄ āni vitę humane sumuntur nō à cōceptione, sed à natiuitate. Hūc modū seruat ecclesia Romana. Nā eo tēpore p̄ ecclesiā accipiūt principiū annoꝝ dñi, quo & singulis ānis p̄ eā ānus mutat. Sed p̄ eā fit āni mutatio in natiuitate dñi: idco tūc p̄ eā accipiūt initiū annoꝝ dñi. Quod aut̄ annus dñi mutet̄ in ortu saluatoris patet p̄ consuetudinē Romanę curię & per acta cōcilioꝝ: in q̄bus tūc annus mutat. Sed tñ olim in bullis pōtificialibus nō annotabat̄ annus dñi, sed ānus pōtificis pro tēpore f̄sidentis. At recētiores in bullis tantūmō pōtificialibus inceperūt ānotare annos ab incarnatione: in cęteris vero sequūtur antiquū Romanę curię morē ānos describētes à natiuitate dñi. Dicit enim dñs Paulus ep̄s Forosēpronien̄sis lib. 1. 3. secūde ptis Paulinę suę q̄ f̄sidentē Eugenio. 4. adhortāte Blōdo Forliuicēsi pōtificij collegij à secretis notario in bullis atq; rescriptis pōtificialibus annoꝝ: hęc à Christi incarnatione supputatio scribi primū coepit. Et infra. Sed notarij ānos à natiuitate cōputare cōsueuerūt. Hęc ille. In hoc deceptus est Blōdus imitans Dionysiu Romanū abbatē: q̄ suā supputationē olim fecerat à primo āno incarnationis dñicę in sua tabula. Sed idē Dionysius in ānis dñicę incarnationis errauit, vt dicit Sigebertus in chronica & Rhencrius egregius supputator. Nō est ergo mirū, si Blōdus in cōputationibus ānoꝝ ab incarnatione defecerit, q̄a ducē erroneū secutus est. Causam autē eius erroris ad vitādā p̄plexitatē hic nō ponim⁹, qm̄ alibi eā descripsimus. Quidā vero recte cōputāt ānos ab incarnatione dñi addentes ānis à natiuitate ipsius recte cōputatis p̄ ecclesiam. s. nouē mēses, q̄bus fuit in utero Virginis vt bene cōputāt Pisani: q̄ āno dñi. 1 525. à natiuitate post vigesimāquarta diē Martij sunt in āno ab incarnatione dñi. 1 526. & sic ānotāt in suis l̄ris & codicibus. Sed in hoc errāt Florētini atq; Senēses tēpestate n̄ra, q̄ ānos ab incarnatione postponūt ānis à natiuitate, incipiētes enumerare ānos dñi cōpleto primo āno à cōceptione iam nato Christo p̄ tres mēses. Romani vero ānos dñi à calēdis Ianuarij octauo die à Christi natiuitate incipiūt, cū eo die fit āni principiū in calēdario Cęsar̄is: & cōueniunt cū ecclia romana excepta prima hebdomada natiuitatis eius: quē ēt modū tenēt recētiores Astrologi. Dicit. n. Paulus ep̄s lib. 4. secunde ptis Paulinę suę. Astrologi nostri tēporis q̄ Romanosq; more

annorū supputationē redixerunt ad Ianuariū: & radices motuū statuerūt ad initium Ianuarij primi anni natiuitatis Christi, incipiūt primū natiuitatis annū ab octauo die natiuitatis eiusdē: non cōputantes septem illos dies à natali dñi vsq; ad Ianuarium interceptos: quod ex hoc manifeste patet. Nā qui loca planetarū ad horā natiuitatis Christi inuenire volunt: retrocedunt per dies septē à radicibus Planetarū in tabulis annoratis. Et hunc cōputandi modū obseruāt nō solū Astrologi: sed etiam Theologi in christiana religione probati Petrus de Aliaco, Nicolaus Cusanus, Rogerius Bachon: & generaliter omnes qui loca planetarū in hora natiuitatis Christi indagauerunt. Hæc ille. Paucissimi autem doctores antiqui vt Hieronymus & Isidorus: & quidā alij, qui antiquitus scribebant annos dñi in ceteris paschalibus, enumerāt annos à passione dñi includentes annū trigessimūtertium suę passionis: ac relinquentes p̄cedentes. 32. annos ante passionē: & ita conueniunt cū ceteris. Nos autē in supputatione nostra imitantes consuetudinē diu approbatā Romanę ecclesię: enumeramus annos à natiuitate dñi. Astronomi vero habent suas tēporū eras: à quibus cōputāt syderū motus iuxta tabulas suas: & licet quāq; in annis non conueniant chronographis quo ad rem gestā: ubi ipsi tamen satisfaciunt dum p̄fixum tempus statuunt: à quo deducunt supputationes suas recto tramite: quia possunt sibi præfigere terminum quo tempore voluerint, dummodo ab eo non diuertant in computandis stellarum motibus.

Libër secundus hebræorum temporum ab Adam ad Christum.

PROLOGVS.

3960



AB orbe cōdito ad Christi natiuitatē iuxta hebraicā veritatem cōputatur anni tria millia nōgenti sexaginta, quę admodū in hoc libro secundo demonstrabimus per Hebræorū tēpora ex diuinis eloquijs per Moysem descriptis: & per Hieronymū ex hebraica veritate in latinam linguā traductis: necnō & ex Philone hebræo: qui inter alia eius opera egregium opusculū edidit, quod breuiariū temporū appellauit: in quo breuibus & absolutis verbis emēdauit oīa tēpora ad suā rectitudinē & integram veritatē à protoplausto Adā vsq; ad suā etatē decrepitā: hoc est vsq; ad euersionē Hierusalem per Vespasianum & Titū. Distinguemus autem hæc tempora per etates, sicut ea etiam ipse partitur.



Ad Adam vsq; ad diluuium (vt Philo hebreus testatur in Breuiario temporum) fluxerunt anni millesexcenti quin-
 quagintasex. Hic annorum numerus comprobatur diui-
 na scriptura per Moysen Gen. 5. qui studuit per singu-
 los duces tempora digerere. Tunc autem erant loco iudicum primo-
 geniti successores, per quos tanq; per capita originum digerebantur
 tempora. qui decem fuerunt ante diluuium. Vt. n. ibidem scribitur.

- | | | |
|----|--|------|
| 1 | Adam cum genuit Seth, erat annorum centumtriginta. | 130. |
| 2 | Seth cum genuit Enos, erat annorum centumquinq;. | 105. |
| 3 | Enos cum genuit Caynã, erat annorum nonaginta. | 90. |
| 4 | Caynã cum genuit Malaleel, erat annorum septuaginta. | 70. |
| 5 | Malaleel cum genuit Iareth, erat annorum sexagintaquinq;. | 65. |
| 6 | Iareth cū genuit Enoc, erat annorum cētum sexagintaduor;. | 162. |
| 7 | Enoc cum genuit Mathusalem, erat annorum sexagintaquinq;. | 65. |
| 8 | Mathusalē cū genuit Lamech, erat annoꝝ cētū octogitaseptē. | 187. |
| 9 | Lamech cū genuit Noe, erat annorum cētū octogintaduor;. | 182. |
| 10 | Noe vero tempore diluuij erat annorum sexcentorum. | 600. |

Ex his confurgit numerus p̄dictus annorum millesexcentorum qn-
 quagintasex. In hac prima ætate sacra eloquia describunt duas ho-
 minum generationes: vnã iustorum, de qua in psal. dicitur. Hęc ē
 generatio quęrentium dñm; alteram iniquorum, de qua Moyses ait
 in cantico Deute. 32. generatio. n. peruersa est & infideles filij. Iusto-
 rum generatio ante diluuium fuit illa, quę descendit ab Adam per fi-
 lium Seth, cuius nūc genealogiam descripsimus: & eius geniti dicū-
 tur filij dei eo q̄ deo per pietatem inhęrebant. Impiorum autem ge-
 neratio fuit quę descendit per Cayn primogenitū ipsius Adam: qui
 terrenus agricola inuidia motus interfecit germanum suum Abel in-
 nocentem ouium pastorem. Descendentes ex Cayn dicuntur filij ho-
 minum: qui humana & terrena sapientes peccatis inuoluti à deo re-
 cedebant. Ipse Cayn primus edificauit ciuitatē quã vocauit Enoch
 vel Enos ex nomine primogeniti sui: & ex eo geniti adinuenerunt ar-
 tes mechanicas: & creuit in terra ipsorum malitia. Hanc generatio-
 nem prauam sicuti Moyses hebreus descripsit: ita & Berofus Calde-
 us qui ait in primo antiquitatum libro. Ante aquarum cladē famo-
 sam, qua vniuersus periit orbis, multa p̄terierunt secula, quę à no-
 stris Caldeis fideliter fuerunt seruata. Scribunt illis temporibus circa
 Libanum fuisse Enos urbem maximam gigantum: qui vniuerso orbi

dominabantur ab occasu Solis ad ortum. Hi vastitate corporis aë
 robore cōfiliū inuentis armis oēs opprimebant: libidiniq; inferuientes
 inuenerunt papiliones, & instrumenta musica, & oēs delicias. Man-
 ducabant homines, & procurabant abortus, in eduliūq; pparabant.
 Et cōmiscabantur matribus, filiabus, fororibus, masculis, & brutis:
 & nihil erat sceleris, quod non admitterent, contēptores religionis &
 deorū. hęc Berofus. Quę oīa conueniunt eis, quę dicit Moyfes de ci-
 uitate primo ædificata, de artium industria, & morū malitia filiorū
 Cayn: de quorū nequitia dicitur Gen. 6. Corrupta est terra corā dño
 & repleta est iniquitate. Hęc hominū malitia incepit ab ipso Cayn
 fraticida: & creuit in septima generatione ab Adā, vt scribit Moyfes
 Gen. 4. qm̄ Iahel, Tubal, & Iubalcayn fuerunt sexti à progenitore
 suo Cayn, & septimi ab ipso Adā. Quoꝝ primus inuenit delicias in
 arte pastoralis papiliones & tentoria. Secūdus fistulam, citharam, ly-
 ram, & organum cū voce & modulatione musica. Tertius vero arma
 & omne genus ferri, vt ibidem Moyfes exprimit. Huc vsq; impia se-
 ptima generatio ab Adā excreuit per vniuersum orbē. Sed in hac se-
 ptima impia generatione: quę prius erat separata à iustis homini-
 bus: cœpit iusta posteritas Adæ participare cū impijs in coniugijs
 & vitijs eorū, quia teste Moyse Gen. 6. Filij dei. i. qui deū tanq̄ patrē
 prius imitabantur. s. iusti descendentes à Seth, videntes filias homi-
 num. s. descendentes à Cayn, q̄ essent pulchrę: acceperunt sibi vxor-
 res ex omnibus, quas elegerāt. Quod vero septima etiam generatio-
 ne iustorum ab Adam cœperint ipsi iusti effici participes scelerum
 impiorū argumento est q̄ Enoch iustus septimus ab Adā translatus
 fuit ne malitia immutaret cor eius, vt scribitur Sapi. 4. De horū etiā
 hominum malitia ferē eadem scribit Methodius ep̄us. Demum con-
 sumata est illorum hominum nequitia anno quingentesimo: & mul-
 to magis anno sexcentesimo vitę Noe: quando ad eorū punitionem
 factum est diluuium in vniuersa terra. Quod tamen diluuium antea
 p̄dictum fuerat. Vnde & Berofus narrata malitia hominum sub-
 iungit. Tunc multi p̄dicebant & vaticinabantur, & lapidibus exci-
 debant de ea quę ventura erat orbis perditione. Sed enim illi assueri
 corridebant omnia celestium illos ira atq; vltione perurgente pro
 impietate atq; sceleribus. hęc ille. Vt enim patet Gen. 5. Sanctus p̄-
 pheta Enoch natus ante inundationem terrarū anno trigesimo quar-
 to supra millesimum teste Iuda apostolo cognominato Thadeo in
 sua canonica epistola, prophetauit de Iudicio futuro tam aquarum
 diluuij q̄ vltimę conflagrationis: & suum vaticinium authore Io-

Iosepho in primo antiquitatum libro inscripsit duabus columnis altera lapidea altera lateritia. Prænuñciauit etiam diluuium ipse Noe ex diuina reuelatione, licet Berofus, qui hoc mysterium ignorauit, putauerit hoc Noe ex astris præsciuisse. Dicit enim, Vnus inter gigantes erat, qui deorum veneratior & prudentior cunctis reliquis ex probis erat in Syria. Huic nomen erat Noa cum tribus filijs Samo, Iapeto, Chem: & vxoribus Tithea magna, Pandora, Noela, Noegla. Is timens quam ex astris futuram prospectabat cladem anno septuagesimo octauo ante inundationem, nauim instar archæ coopertam fabricare cœpit. Anno. 78. ab inchoata naui, ex improuiso inunda- 7
 uit oceanus, & omnia maria mediterranea fluminaq; ac fontes ab imo ebullientes inundauerunt supra omnes montes: accedentibus atq; impetuosis & supra naturã è cœlo copiosissimis imbribus multis diebus corruentibus. Ita omne humanum genus aquis suffocatum excepto Noa cum familia sua quæ naui erepta est. Nam eleuata ab aquis in Gordiei montis vertice quieuit. Cuius adhuc dicitur aliqua pars esse & homines ex illa bitumen tollere: quo maxime vtuntur ad expiationem. hæc ille. Sed oritur dubitatio ex verbis Berofsi dicentis ipsum Noe arcam fabricare cœpisse ante inundationem anno. 78. cum Gene. ca. 6. supputet Moyfes annos centumviginti. Dicendum est q̄ de fabricanda arca mandatum accepit Noe à Deo ante inundationem annis centumviginti, vt Moyfes dicit: & tunc ipse Noe erat annorum quadringentorum octoginta. Quadraginta vero & duobus annis præparauit ligna ob immensitatem operis faciendi: & ita anno sequente qui erat septuagesimo octauus ante inundationem cœpit opificium ingentis archæ, vt supputat Berofus: qui nihil nouit de secreto mandato dei ad Noe: sed tantũ sciuit quæ exterius executioni mandauit. Quare dicit. Anno. 78. ab inchoata naui, nõ à mādato dei: ex improuiso inundauit oceanus &c. Quod autem dicit ex improuiso accidisse diluuium non refertur ad Noe & eos qui hoc nouerunt: sed ad densores, qui id non credebant, nec expectabant futurum. Excessit autem aqua in diluuiio omnes altissimos orbis montes quindecim cubitis, vt testatur Moyfes: & delata est omnis caro sub cœlo excepto Noe cum sua familia. Ex quo patet error Talmudistarũ, q̄ cōtra diuinas literas dicunt illud diluuium non attingisse montẽ Syon argumẽto vtentes, quia inuentũ est ibi post diluuiũ semen gigantũ, nõ attendẽtes q̄ Noe & eius filij fuerunt gigantes cum vxoribus: & Titanes geniti ex Tithea genuerunt gigantes, vt ait Berofus. Qui Titanes authore Moyse a dificaue-

tunt urbem Titanum in Aegypto, quam vocat Thanim dempta prima syllaba, vt patet Numeri. i. 3. De hoc diluuiō ex gentilibus non solum scripsit Berofus Caldeus: sed & Hieronymus Aegyptius: qui antiquitatem phœnicam noscitur scripsisse: nec non & Maseas, qui & Nicolaus Damascenus in. 9. 6. historiarum libro vt ait Iosephus in primo antiquitatum: & in libro contra Appionem grammaticū. Ab idenus etiam historicus de hoc diluuiō nonnulla scripsit, vt testatur Eusebius libro. 9. c. 4. de preparatione euangelica.

De Noe & ipsius uxore ac filiis post diluuium.

Cap. 1.



Nrequam secundę etatis annos digeramus: quoniã post diluuiū à Noe & tribus filijs eius Sem, Cham, & Iaphet disseminatum est omne genus hominum super terram: idcirco prius de ipsis dicendum est, vt plenius intelligantur quę scribenda sunt in sequentibus. Primo autem à Noe & ipsius uxore Titha ac filijs eorum genitis post diluuium incipiendum est. Fabrefactor igitur archę nomine proprio dicebatur Noe. i. requies: sed habebat alia plura cognomina. Nam cognominabatur Ogyges videlicet Priscus, Ianus, Oenotrius, Proteus etiam priscus. i. Vertūnus vel Vadimon, Cœlum, Sol, Chaos, Semen mundi, & pater omnium. De Ogyge dicit Berofus in. 2. antiquitatū. Primū itaq; dixerunt. s. Caldei & Scite Ogygisan Sagā. i. illustrem sacrorū pōtificem Noā Dysir. Hęc ille. De Ogyge igitur & illustri Noa & Dysir. i. ilice vt interpretatur Hieronymus, considerandum est quod ait Petrus Cōmestor Gen. i. 3. ca. & Iosephus in primo antiquitatū habitauit, inquit, Abraham circa Hebron iuxta ilicem, quę vocatur Ogygi: & dicitur, vt aiunt, ciuitas quatuor patriarcharū quia habitauerūt ibi: & sepulti sunt ibidem Adam, Abraham, Isaac, & Iacob. Et ita Ogygi ante diluuium & postea fuit patria iustorū etiã & ipsius Noe: quia patria Ogygisan. i. illustris sacer cognomento dictus ē. Vnde omnes illum cognominant priscum Ogygē: vt Xenophon i libro de equiuocis, & Metasthenes: quem pręfuisse prisco diluuiō dicunt. Et ex latinis etiam Solinus idem dicit. Sub ilice autem manebant iusti: quia arbores pro templis & numinibus antiquis erant: vt etiam consentit Plinius in. 1. 2. naturalis historię. primo. c. Cognominabatur etiam Ianus vel Oenotrius, quia primus plantauit vineam & vinum reperit. Dicit. n. Berofus in. 3. li. Ob beneficium inuentę vitis & vini dignatus est cognomento Iano, quod Arameis sonat

vitiſer

vitifer & vinifer. Ergo Aramee Ianus dicitur: & Grace Oenotrius: & Latine vinifer tam interpretatione nominis q̄ inuenti vini munere. Dicitur est & Protheus, idest Vertūnus vel Vadimon: quę tria nomina idem significant. Nam & Samuel Talmudista dicit q̄ apud Arameos idem est vado & apud veteres Aegyptios protho: & apud Latinos verito. Quia ergo antiqui existimabant ipsum conuersum in animam cœli motricem: ideo, vt dicit Berofus in. 5. antiquitatum, dicebant eum monarcham mundi penes quē solum sit ius vertendū cœlestium & terrestrium cardines: & ideo eum nominabant Vertūnum: vel etiam Cœlum. Dicit etiam idem Berofus in. 2. lib. Scythę recte dicunt, & appellant Noam omnium deorum maiorū & minorum patrem: & humanę gentis authorem: & Chaos & semen mundi eo q̄ ab eo omne hominum genus in terris seminatū est. Dicunt vero Tirheam Aretiam, idest terram, in quam semen chaos posuit: & ex qua tanq̄ ex terra cuncti prodierunt. Hęc ille. De multiplicatione autem hominum ait idem Berofus in. 3. Quo pacto exinanitus orbis fuerit colonijs & hominibus oppletus dicendū est. Exsiccata humo & torrefacta terra, Noa cum familia de monte Gordieo, vt par erat, descendit in subiacentem planiciem plenam cadauerum: quam vsq̄ ad hanc ætatem appellant Miriadam, idest euisceratorum hominum. Et inscripsit in lapide in monumentū rem gestam: & vocant in colę locum egressorium Noe. Congressi vero coniugibus perpetuo geminos edebant marem & foeminam. Qui adulti & coniuges effecti: & ipsi binos partu liberos semper edebant. Neq̄ enim vnq̄ deus vel natura defuit rerum necessitati, quę ad vniuersi orbis spectat opulentiam. Eo pacto breui in immēsum adaucto humano genere, omniq̄ Armenia completa, opus erat eos inde recedere, atq̄ nouas sibi sedes conquirere. Tunc senissimus omniū pater Noa iam antea edoctos Theologiam & sacros ritus: coepit etiam eos erudire humanā sapientiam. Et quidem multa naturalium rerum secreta mādauit literis, quę solis sacerdotibus Scythę Armeni cōmendant. Neq̄ enim fas est illa vlli inspicere aut legere vel docere q̄ solis sacerdotibus: & inter sacerdotes dūtaxat sicut & quos rituales libros reliquit: ex quibus illis primū Saga nomen fuit inditum, idest sacerdos & sacrificolus & pontifex. Docuit item illos astrorū cursus: & distinxit annū ad cursum Solis: & duodecim menses ad motum Lunę. Qua scientia prædicebat illis ab initio quid in anno: & cardinibus eius futurū contingeret. Ob quę illum existimauerunt diuinę naturę esse participet: ac propterea illum Olibama & Arsa, idest Cœlum & Solem cognor

minauerunt: & illi plures ciuitates dedicauerunt. Nā & ad hæc tem-
 pora Scythæ Armeni vrbes habēt Oibama & Arsa Ratha & eiusce-
 modi. Cumq; iuisset ad regendum Kithin, quā nunc Italiam nomi-
 nāt, desiderium suum reliquit Armenis: ac propterea post mortem,
 illum arbitrati sunt in animam coelestium corporum tralatum: & ibi
 diuinos honores impenderunt. & ob id solum hæc duo regna Ar-
 menum quidem, quia ibi cœpit: Italum vero, quia ibi finiuit, & do-
 cuit, & regnauit naturaliumq; atq; diuinorū, quæ eos erudiuit libros
 plenissime illis conscriptos reliquit: illum venerantur simulq; cogno-
 mināt Cœlum, Solem, Chaos, semen mundi, patremq; deorum ma-
 iorum & minorum: animam mundi mouentem cœlos & mysta ve-
 gerabiliaq; & animalia & hominem: Deū pacis, Iustitiæ, sanctimo-
 niæ, expellentem noxia: & custodientem bona. Et ob hoc illū utraq;
 gentes signant in scriptis cursu Solis & motu Lunæ: & scepro dñi
 quo malos & noxios expellebat à cœtu hominum, & castimonia cor-
 poris & sanctimonia animi duabus clauibus religionis & felicitatis.
 Neq; minus Tirheam, quæ mater omnium erat, Aretiam, idest terrā
 vocabant: & Hestam, idest ignem post mortem cognominauerunt:
 quia ipsa regina sacrorū fuerat: & puellas docuerat sempiternū ignē
 sacrorum in extinctum seruare. Cæterū Noa anteq̃ discederet ab Ar-
 menia docuit illos simplicem agriculturā magis curans religionem
 & mores q̃ opulentiam & delicias: quæ ad illicita & libidines prouo-
 cant, & cœlestium iram nuper induxerant. Primus tamen omnium
 inuenit vites atq; plantauit, & vinum conficere docuit. Hæc Bero-
 sus in. 3. Sed & in. 4. adiungit. Multiplicatum est in immensum ge-
 nus humanum: & ad comparandas nouas sedes necessitas compul-
 lebat. Tunc Janus pater adhortatus est homines principes ad quæ-
 rendas nouas sedes, cōmunem cœtū inter homines agendū & edifi-
 cādas vrbes. Designauit itaq; illas tres partes orbis Asiā, Aphricā
 & Europā, vt ante diluuium viderat. Singulis autē his principibus,
 singulas partes, ad quas irēt, partitus: ipse per totū orbem colonias
 se traditurū pollicitus est. hæc ille. Vt autem aiunt Hebræi & alij ca-
 tholici authores, Sem præfecit Asiæ: Cham Aegypto & Aphricæ:
 Iaphet Europæ & insulis maris: licet illi qñq; mutauerint locorum
 sedes sicut eis opportunū erat. Ipse vero Noe toti orbi præfuit. Sicut
 autem dicit Berosus in. 2. lib. præter tres primores filios Noa post di-
 luuium gigantes pluresq; filios genuit. Eius autē filij post diluuium
 ab eodem Beroso enumerantur. 30. v3. 17. Titanes dicti à matre Ti-
 thea vxore Noe: &. 13. alii ex eadem vxore, quorum præcipuus fuit

Thuiscon gigas Germanorum & Sarmatum pater: cuius describuntur vndecim successores posteritatis eius: in quo præcellunt Germani & Sarmatæ, qui nunc dicuntur Thuischi à Latinis & Gallis. Sarmatæ autem populi sunt Poloni, Gothi, Russi, Prusiani, & Daci, atq; huiuscemodi. Diodorus vero Siculus in. 4. libro refert ex historia Sythica & Aphricana, Coelū, idest Noe genuisse. 45. filios, quoniam addit vndecim successores posteritatis Thuisconis, quos Noe sibi adoptauerat in filios videlicet Mannū, Ingæon, Isteuon, Herminon, Marsum, Gambriuum, Sueuum, Vādalum, Theutanem, Herculem, & Hunnum: qui vndecim simul iuncti prædictis triginta cum tribus, quos genuit ante diluuium fiunt. 44. quibus ille alium addidit. Putauit autem Diodorus Noe plures habuisse vxores: sed deceptus est in pluralitate synonyma. Nam eadem vxor Iani, idest Noe dicebatur Tithea, Terra, & Vesta magna. Quòd autem Noe post diluuium habuerit alios filios etiam ex scriptura implicite habetur. Nam dum offerret Noe post diluuium sacrificium deo: præceptū est ei & filijs eius ab ipso domino dicēte. Crescite multiplicamini & replete terram. Neq; tamen dicendum est, q̄ Noe neglexerit hoc præceptum: aut q̄ illi tempus defuerit: aut q̄ illud præceptum non obligaret omnes, terra iam repleta hominibus: quod erat intentum legislatoris Dei expressum: quia Noe vir iustus erat & perfectus, vt Moyses testatur, & vixit post diluuium annis. 350. vt Moyses & Berofus scribunt: & terra penitus desolata etiam ipsa lege naturę obligabatur ad generationis actum. Quòd si Moyses nō omnes posuit, hoc fecit quia ad originem hebræam festinabat: & solum tot ponere voluit, quot linguarū genera septuagintaduo discreuerant. Titanū nomina specialia à Beroso nō ponuntur, sed aliorū tredecim: quorū hæc sunt noīa. Macrus, Iapetus iunior, Prometheus Priscus, Thuiscon gigas, Crana, Cranus, Granaus, Araxa prisca, quę genuit Scitam Priscum, à quo Napus & Prutus. Post Araxam, Regina, Padora iunior, Thetys, Oceanus, Tiphæus. Porro Thuiscon tam Beroso q̄ Cornelio Tacito testibus fuit author Germaniæ.

De posteritate Sem. Cap. 3.



Rant autē filij Noe, qui egressi sunt de arca Sem, Chā, & Iaphet, vt dicitur Gene. 9. c. Licet Cham secundus in ordine describatur: tamē fuit duobus cæteris iunior. Nā dicitur Gene. 9. Euigilans autem Noe ex vino cum didi-

eisset quæ fecerat ei filius suus iunior. s. Cham, maledixit Chanaan,
 qui ex eo postea natus est. Sem vero primogenitus & senior fuit. Di-
 citur enim Gene. 10. De Sem quoque nati sunt patres omnium filiorum
 Heber fratre Iaphet maiore: hoc est nati sunt de ipso Sem fratre ma-
 iore ipsius Iaphet, qui fuit medius. Vnde & Berofus in ordinem tem-
 poris eorum nomina ordinate describit, dum nominat ipsum Noa
 cum tribus filiis Samo, Iapeto, Chem. Quod autem Sem fuerit ma-
 ior ex eo etiam patet, quod erat sacerdos, à quo descendit Abraham. Di-
 cit enim Hiero. in epistola ad Euagrium. Tradunt Hebræi Melchise-
 dech regem Salem, qui protulit panem & vinum (erat autem sacerdos
 dei excelsi) esse Sem primogenitum filium Noe. Simulque & hoc tra-
 dunt quod usque ad sacerdotium Aaron omnes primogeniti ex stirpe Noe,
 cuius series & ordo describitur, fuerint sacerdotes: & ideo victimas
 immolarint: & hæc esse primogenita, quæ Esau fratri suo vendiderit
 Jacob. Hæc ille. Igitur Sem cognomento dictus est Melchisedech,
 quia fuit rex iustus & pacificus. Interpretatur enim rex iustitiæ: & fuit
 rex Salem, id est pacis, ut dicit Apostolus ad Heb. 7. Vnde & cogno-
 mine dictus est iustus à vitæ sanctitate atque pacificus à loco ubi pa-
 cifice dominabatur. De Salem ubi præsidebat dicit Hieronymus in
 supradicta epistola. Salem autem non, ut Iosephus & nostri omnes
 arbitrantur esse Hierusalem nomen ex græco hebræoque compositum:
 quod absurdum esse peregrinæ linguæ mistura demonstrat: sed op-
 pidum iuxta Scithopolim quod usque hodie appellatur Salé: & osten-
 ditur ibi palatium Melchisedech ex magnitudine ruinarum veteris
 operis ostendens magnificentiam: de quo in posteriore quoque parte
 Genesios scriptum est. Venit Iacob in Socho, id est tabernacula, &
 fecit sibi ibi domos atque tectoria & transiit in Salé civitatem regionis
 Sichem, quæ est in terra Chanaan. Considerandum quoque est quod Abra-
 hæ à cæde hostium revertenti, quos persecutus est usque Dan: quæ ho-
 die Paneas appellatur, non de via Hierusalé, sed de oppido metropo-
 leos Sichem in itinere fuerit: de quo in Evangelio quoque legimus. Erat
 autem Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ
 erant ibi. Nec refert utrum Salé an Salim nominetur, cum vocalibus
 in medio literis perraro utantur Hebræi: & pro voluntate lectorum
 atque varietate regionum eadem verba diuersis sonis atque accentibus pro-
 ferantur. Hæc ab eruditissimis gentis illius didicimus. Huc usque Hie-
 ronymus. Glossa etiam ordinaria super illud Io. 3. Erat autem & Ioan-
 nes baptizans in Ennon iuxta Salim, dicit Salim oppidum est iuxta Ior-
 danem situm, ubi olim Melchisedech regnavit. Isidorus tamē in. 5.

ethim. dicit Salem esse Hierusalem, quam ædificauit Melchisedech. Ad huius diuersitatis declarationem dicunt aliqui, q̄ Melchisedech ædificauit duo oppida sacerdotalia pro hostijs pacificis, quæ vocauit eodem nomine. Primum oppidum Salem sacerdotale erat in xta Iordanem, vbi erant aquæ multæ ad lauandum: quia expiatio per aquas erat de iure gentium sacramentale quid præparans ad baptismum Christi quod est sacramentum. Secundum vero oppidum Salæ sacerdotale erat, vbi nunc est Hierusalem, & prius dicebatur Salem. Sed postq̄ Abraham duxit illic filium suum Isaac ad immolandum, accepit nomen Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis. Nam, vt dicitur Gen. 22. Abraham appellauit nomē loci illius, dñs videt vel videtur, iuxta aliam translationē. Vnde vsq; hodie dicitur. In monte dñs videbit vel videbitur. Hæc diximus, quia Melchisedech est ipse Sem: quē Berofus siue ipsius interpres vocat Samū. Describit autē Moyfes Gene. 10. ex ipso Sem viginti quinque duces linguarum. Berofus vero plures, q̄ descripsit ipse Berofus Caldæus tot duces quot regnorum & gentium cōditores. Moyfes vero descripsit eos, quibus fuit lingua diuersa. Propterea dicitur Gen. 10. Isti sunt filij Sem fm cognationes & linguas regionis in gētibus suis. Berofus etiam profert horum nomina alia prolatione. s. Caldeæ, quæ lingue latinæ per interpretem coaptata sunt. Moyfes vero lingua hebraica: quæ tamē in latinis nostris codicibus vt plurimum corrupta sunt: quæ emendata hic ponimus. Filij Sem: Elam, Assur, Arphaxat, Lud, Aram. A Beroso autē vel ab interprete Elam dicitur Elameus. Assur, Assyrius: Arphaxat, Arphaxeus: Lud, Lugdus: Aram, Arameus. Sequitur Moyfes. At vero Arphaxat genuit Sale: de quo ortus est Heber. Ipsi Heber nati sunt duo filij. s. Phalech: & Ictam. Berofus eadem nomina ponit relinquens Phalech. Sequitur Moyfes. Ictam genuit Almodat, Asarmauet, Salep, Iadar, Adurā, Azal, Dicla, Obal, Abimael, Soba, Epir, Obula, Iobab. A Beroso vero pro Almodat ponitur Dalmadam: pro Asarmauet, Sarmates: pro Salep, Saladeus: pro Iadar, Iader: pro Adurā Adulas: pro Azal Azalus: pro Dicla Diclas: pro Obal Obalus: pro Abimael Albanaes: pro Soba Saus: pro Epir Epirus: pro Obula Obulas: pro Iobab Thiobū. Sequitur Moyfes. Filij autē Aram Hus, Hul, Geter, & Mes. Sed à Beroso ponitur pro hus Aufon: pro VI Vol siue VI, similiter: pro Geter Getul: pro Mes Mesa: & alius additur à Beroso. s. Alan. Adiungitur etiam ab eo posteritas Mese filij Aramei: quē dicit genuisse quinque duces videlicet Getum, Dacum Bannonem, Brigum, & Thinum.

Iaphet à patre suo Noe benedictionē accepit, vt Geñ. 9. dicitur. Dilatet Deus Iaphet: & habitet in tabernaculis Sem. Quod exponens Hiero. in lib. Hebraicarū qōnum dicit. De Sem Hebræi de Iaphet populus gentium nascitur. Quia igitur lata est multitudo credentium à latitudine quæ Iaphet dicitur, latitudo nomē accepit. Quod autem ait: & habitet in tabernaculis Sem, de nobis prophetatur, qui in eruditione & sciētia scripturarum eiecto Israele versamur. hæc ille. Duces ex Iaphet describūtur à Moyse. 1. 4. hoc est septem eius filij & nepotes etiā septē, ex quibus dilatatus est in Asia in tabernaculis Sem: & in Europa in locis proprijs. Vnde dicit Hieron. ibidem. De Iaphet filio Noe nati sunt septem filij qui possederūt terram in Asia ab Amono & Tauro Syriae Celes & Cilicie montibus vsq; ad fluuium Tanai. In Europa vero vsq; ad Gadira noīa locis & gentibus relinquentes: ē quibus postea immutata sunt plurima: cetera permanent, vt fuerunt. Filij ergo Iaphet Gomer, Magog, Madai, Iauan, Tubal, Mosoch, & Thyras. Sunt autē Gomer Galatę: Magog Scythę, Madai Medi: Iauan Ionnes qui & Græci, vnde & mare Ionicū. Tubal Iberi qui & Hispani: à quibus Celtiberi: Mosoch Cappadoces, vnde & vrbs hodie apud eos Mazeta dicitur. Porro. 70. interpretes Captorum Cappadoces arbitrātur: Thyras Thraces: quorū non satis imutatū est vocabulū. Hæc itaq; gentes de stirpe Iaphet ad aquilonis partē habitant. Hæc Hieronymus. Septem etiam ponūtur nepotes Iaphet, videlicet tres filij Gomer. s. Ascanes, Riphath, Togonna, & quatuor filij Iauan. s. Helisa, Tharsis, Kithin & Dodonim. Hieronymus autē ibidē dicit. Ascanes Græci Rheginos vocāt: Riphath Paphlagonas: Togonna Phrygas: Helisa de Iauan, hoc est de Ionibus, idest Græcis nascūtur Helisei qui vocant̄ Aeolides: Vnde & quinq; lingua Græciæ Aeolis appellat̄. Tharsis Iosephus Cilicia arbitrat̄: vnde & metropolis eorū ciuitas Tharsis appellat̄ Paulo apl'o gloriosa. Cethim Cithij: à quibus hodie quoq; vrbs Cypri Titium noīatur. Dodonim Rodij. Ita enim. 70. interpretes trāstulerunt. Ab his diuise sunt insule nationū in terris suis. Legamus Varronis de antiquitatibus libros & Siniij Capitonis & Græcū Flegonta: ceterosq; eruditissimos viros: & videmus penē oēs insulas & totius orbis littora, terrasq; mari vicinas Græcis accolis occupatas: qui, vt supra diximus, ab Amono & Tauro montibus oīa maritima loca vsq; ad Oceanū possedere Eritanicū. Hęc Hiero. Ex his tollitur admiratio eorū, qui nesciunt à quo

filio Noe descēderunt hoīes remotissimi ab habitationibus nostris: qui tempestate nostra in insulis nobis oppositis reperti sunt à Rege Hispaniæ & à Rege Portugalliæ. Qui utiq; progeniti sunt à descendētib; ex Iaphet: à quibus, vt dicit Moyses, diuisæ sunt insulæ gētiū: vel etiam ab alijs in eas partes nauigantibus. Illi ergo sunt nobis Antipodes habitātes in hemisphærio opposito habitationi nostræ: vt patet experētia eorum, qui illuc missi sunt à p̄dictis regibus: quorum nōnulli incolumes reuersi, id testificati sunt & verbis & scriptis, ita vt sit mō notissimū hoc apud oēs atq; certissimū: quod erat dubiū tēpore Augustini, qui negauit Antipodes, vt patet in. 1. 6. de ci. d. c. 9. & similiter Lactātius Firmianus: putabantq; hoc tanq; fabulosum ab antiquis authoribus descriptū: quod tñ verū est & nō fictū, vt iam diximus experientia cōprobatum esse. Hic Iaphet, ex quo isti descenderunt, vocatus est Atlas Maurus à Diodoro Siculo in. 4. lib. eo q; in Mauritania obierit. Berofus autē vocat eū Iaperū: cuius ponit octo filios: quorū vnus intermittitur à Moysē. s. Samotes, qui & Dis, quia nō habuit linguā distinctā. Hæc noīa, vt superius patet, à Moysē describuntur lingua hebraica: & à Beroso more Caldæo: vel ab eius interprete s̄m linguā Latinā: & idēo in aliq; literis differūt. Pro Gomer à Beroso ponit Comerus Gallus: p̄ Magog Magogus. Hic primus Cæsiriā coluit: vbi à suo noīe urbē vocauit Magogibi, id est patria Magog: de qua Plinius in. 5. natu. histo. ca. 24. inquit. Cæsiria habet Bambicē, quæ alio noīe Hierapolis dicitur: Sed à Syris Magogibi prodigiosa. Ad hanc urbē loquit̄ Ezech. p̄ph. c. 38. & 39. Ecce inquit ego ad te Gog & Magog principem capitis Mosoch & Tubal. Pro Madai à Beroso ponitur Medus: pro Iauō Ion: pro Tubal Iubal, vel similiter Tubal: pro Mosoch Moschus Tyras nō mutat: pro Aschanez filio Gomer ponit Ascanius: pro Riphat Ripheus: pro Togorma Tagaforma: Helisa filius Iauan eodē noīe scribit̄ Helisa filius Ion: pro Tharsis Tharsus: pro Dodonim Dodoneus: pro Cethim kitim; qui & Italus cognomento Atalaus siue Atlas. Ab isto kitim Atlante affirmat Berofus Italiā dictam esse kitim. Et idēcirco dicendū est, q; vitio scriptorū Gene. 10. scribitur Cethim cū iuxta linguā hebraicam ibi scriptū sit kitim, à quo dicta est Italia: quia kitim est Atlas Italus socer Choriti & pater Electæ: & fuit nepos Iaphet, qui dictus est primus Atlas maurus. Hic Atlas Italus fuit frater Hesperii regis Hispaniæ: quem teste Igitino & Beroso ab Hispania pepulit in Italiam: & non fuit Atlas Græcus Atlas ergo Italus kitim, vt ait Fabius Pictor, in Auentino.

colle confedit: ad cuius radices iuxta Tyberim Capenam oppidulū condidit: & Hespero fratre rebus humanis exempto ipse Italus accē pro imperio prouincię eum Italiam dixit. Differunt autem Cethim & kitim. Nam Cethim est vrbs Macedoniae adhuc dicta terra Cethim: de qua. 1. Mach. 1. dicitur. Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Græcia egressus de terra Cethim: percussit Darium regem Persarum & Medorum. kithim autē, vt dictum est, Italia est à kitim Italo dicta. De ipsa Italia prius dicta kitim scribitur Numeri. 24. & Hesa. 23. & vlti. c. & Hiere. 2. & Ezech. 27. licet codices mendosi impressi habeāt Cethim pro kithim. In his locis. 70. interpretes kithin interpretantur Italiam. Hieronymus vero quandoq; interpretatur Italiam, quandoq; proprium nomen Itali in sua lingua relinquit: vt est illud Hiere. 2. Tranſite ad insulas kithim, & videre si mutauit gens deos suos: Populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. Vbi. 70. interpretes ita trāstulerunt: Ite ad insulam Italiam, quia gens non mutauit deos suos. Appellat autem Hieremias Italiam insulam, quia, vt videmus, & T. Liuius in. 5. ab vrbe condita dicit. Italia instar insule cingitur supero & infero mari. Non mutauit autem deos suos. s. in Ethruria tantū: quia teste Mirſilo & Dionysio Halicarnaseo, soli Ethrusci nō mutauerunt deos suos vetustissimos. Subiūgit etiā Bero. posteritatē Samotis: quā omittit Moyses: & dicit. Samores cognomine Dis: cuius filius Magus: cuius filius Sarron: cuius filius Namnes: cuius filius Driudes: cuius filius Bardus: cuius fili? Lōgo: cuius fili? Bardus iunior: cuius fili? Celtes.

De progenitis ex Cham.

Cap. 5.

Cham iunior filius Noe, qui à Beroso dicitur Chem cognomento Cameſes fuit pessimus homo: qui & patrem suum derisit, vt patet Gene. 9. vbi dicitur. Cœpitq; Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam: bibēsq; vinum inebriatus est: & nudatus iacuit in tabernaculo suo. Quod cum vidisset Cham pater Chanaam verenda. s. patris sui esse nudata: nuntiauit duobus fratribus suis foras. Propterea recepit maledictionem à patre. Berosus etiam in. 3. lib. antiquitatū ipsum Chem vitiosum ostendit dicens. Primus omnium Noa inuenit vites atq; plantauit: & vinum conficere docuit: cuius vim inexpertus ex vapore ebrius effectus, minus pudice in terram cecidit. Erat autem illi filius ex tribus primis adolescentior Chem: qui semper magicę ac ve-

neficæ studens Zoroastris nomé cōsecutus est. Is patrem Noã odio habebat; quia alios vltimo genitos ardentius amabat: se vero despicere videbat. Potissime vero idem insensus erat patri ob vitia. Et infra: eius vitam vitiosam ita describit. At vero Chē cum publice corrumperet mortale genus asserens & re ipsa exequens congregiendū esse, vt ante inundationem cum matribus, sororibus, filiabus, masculis, brutis, & quo vis alio genere: ob hoc eiecetus à Iano pijsissimo & casti monia atque pudicitia refertissimo, sortitus est cognomentum Chem esenua, idest Chem infamis & impudicus, incubus propagator. Est enim Esen apud Scythas Arameos infamis & impudicus: enua vero: tum impudicus: tum propagator. Eum inter homines huius dogmatis secuti fuerunt Aegyptij: qui sibi illum suum Saturnū inter deos adoloscensiorē fecerunt: & ciuitatem illi posuerunt dictā Chemmin: à qua ad hāc etatē omnes ciues illius appellamus Chēmenitas. Verū posteri hoc vitiosum dogma neglexerūt retēto quod fuit primi moris, vt inter fratres & sorores coniugiū iniri posset. Hęc Berofus. Ex dictis patet Cham dictum esse Camesem, Zoroastrē, & Saturnum. Moyses autem Gene. 10. ponit ex ipso Cam progenitos vnum & triginta duces linguarū: Berofus vero plures describit ratione iam dicta. Ponit ergo Moyses quatuor filios Cam dicens. Filij Cam, Chus, & Mezraim, & Phut & Canaam. A' Beroso vero ponuntur quinque mutatione facta in nomine, vel in aliqua literarum nominis. Nam pro Cus à Beroso ponitur Cur: pro Mezraim Osiris: pro Phut Pheton qui & Pheriton: pro Canaā Cana cognomine Fenix: & subiungitur à Beroso Ochus: qui à Moysse intermittitur. Describuntur inde à Moysse filij Chus, Saba, Euila, & Sabata, & Regma, & Sabataca, & Nemroth: qui postea edificauit turrim Babel. A' Beroso vero pro Saba ponitur Arabs: alij vero sic ab eo nominantur. Saubecres, Saba Thurifer, Sabatius Saga, Nimbrotus pater Beliprisci. A' Moysse duo filij Regma ponuntur. s. Saba & Dadan: quorū non meminit Berofus. De filijs Mezraim à Moysse dicitur. At vero Mezraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Neptuin, & Phetrusim, & Celliam. A' Beroso vero dicuntur filij Osiridis: à quo pro Ludim ponitur Lidus priscus: pro Anamin Anameon siue Meon: pro Laabim Libyus cognomine Hercoles: pro Neptuin Neptūnus, pater Lestrigonis: pro Phetrusim Petreus à quo Palestini: pro Celluim Callesus, à quo Syri, & Capadoces. Quibus additur vnus à Beroso. s. Orus. Posteritas Cane siue Phoenicis in paucis à Beroso describitur. Nā à Cana Phoenice ab eo ponitur Sydon, Arcadius,

Aemathius, & Synius. Moyses vero plures enumerat, quia illi impleuerunt Phoenicę partem: quam occupaturi erant Hebræi: quam ipsi vocāt terram Chanaam. Dicit enim Moyses. Chanaam autem genuit Sydonem primogenitum suum, Ertheum, Iebuseum, Amorreū, Gergeseum, Eueum, Aracheum, Cyneum, Aradium, Samaritem & Amatheum: & per hos disseminati sunt populi Cananęorum. Amatheus est Aemathius apud Berosum: Aradius est Arcadius: & Cyneus est Sinius. A Moysse intermittuntur filij Phut, idest Phaetontis, quos ponit Berosus dicens. Pheriton siue Phaeton, à quo Lyguri, à quo Cydmus, à quo Eridanus, à quo Ventus, à quo Venetus, à quo Thila. Describit etiā Berosus. 57. duces ex Hercule Libyo: qui ortus est ex Osiride, & inter hos duces ponitur Atho genitus ex Hercule & ex Omphale: cuius filius ponitur Tussus siue Tuscus, à quo Altheus, à quo Blascon, à quo Dardanus, Ericthonius, Tros, Ilus, Laumedon, Priamus. Inter filios autem Cur fuerunt duo. s. Saba Thurifer: & Sabatius Saga: quorum posteritates ponit Berosus dicens. Saba Thurifer posteros sex dedit: qui sunt Gogus pater Gangis & Indi: Triton, à quo Amon, à quo Dionysius Libycus, & Hiarba: à quo Deabus cognomine Gera, à quo Lomnimi, qui & Geryones. De posteritate vero Sabatij Sage dicit. Sabatius Saga genuit hos Curetes, qui sunt Sabus pater Sabelli, Curitus, Curitis pater Antini, Antinus, à quo Aruntius, à quo Ferentius.

Secunda ætas à diluuiò ad Abraham.

Cap. 6.

Noe igitur genuit Sem primogenitū suum. De Sem quoque vt dicitur Gene. 10. nati sunt patres omnium filiorū Heber: à quo dicti sunt Hebræi, vt etiam Hieronymus affirmat. Quoniam ergo de Sem nati sunt Hebræi per ipsum Heber: ideo ex hac generatione Sem, sumitur annorum nuumerus à diluuiò vsq; ad Abraham. Dicit enim Philo in breuiario temporum. A diluuiò ad Abraham fluxerūt anni duo & nonaginta supra
 29 2 ducentos. hoc autem ostenditur ex Moysse Gen. 11. vbi dicitur. Hę sunt generationes Sem. Erat Sem centum annorum, quādo genuit Arphaxat biennio post diluuium &c. Et sic ibi textitur ordo nouem generationum in annis eorum videlicet.

- | | | |
|---|---|-----|
| 1 | Natus est ex Sem Arphaxat post diluuium anno secundo. | 2. |
| 2 | Arphaxat, cum genuit Sale, erat annorum. 35, | 35. |
| 3 | Sale, cum genuit Heber, erat annorum triginta. | 30. |

- 4 Heber, cum genuit Phalech, erat annorum. 34. 34.
 5 Phalech, cum genuit Rehu, erat annorum. 30. 30.
 6 Rehu, cum genuit Saruch, erat annorum. 32. 32.
 Vitio scriptorum in latinis biblijs impressis male scribitur eū fuisse
 35. annorum frustra superadditis annis tribus.
 7 Saruch, cum genuit Nachor, erat annorum. 30. 30.
 8 Nachor, cum genuit Thare, erat annorum. 29. 29.
 9 Thare, cum genuit Abraham, erat annorum. 70. 70.
 Colliguntur ergo à diluuiio ad Abraham anni. 292. 292.
 Tempore igitur Abrahæ viuebat adhuc Noe: q̄a, vt dicit Gen. c. 9.
 350 Vixit Noe post diluuium trecentisquingenta annis. Ex quo patet
 38 q̄ quando Noe obiit, Abraham erat annorum quinquaginta &
 octo. Si enim hic numerus addatur annis inter diluuium & natiuita-
 tem Abrahæ, confurget numerus annorum. 350. quos vixit Noe
 post diluuium. Multo magis tempore Abrahæ viuebat Sem, qui di-
 ctus est Melchisedech, vt supra dictū est, cum dicatur Gen. i i. Vi-
 500 xit Sem postquam genuit Arphaxat, quingentis annis: & super vi-
 35 xit Sem ipsi Abrahæ annos tringentaquinque. A natiuitate enim Sem
 390 vsq̄ ad ortum Abrahæ fuerunt anni trecenti nonaginta, cum Sem
 98 ipse esset tempore diluuij annorum nonaginta & octo. Nam biennio
 100 post diluuium erat centum annorum cum genuit Arphaxat: & à di-
 292 luuiio ad natiuitatem Abrahæ fuerunt anni ducenti nonaginta duo.
 175 Abraham autem vixit annos centum septuagintaquinque: qui iuncti
 390 prædictis annis trecentis nonaginta fiunt quingenti sexagintaquinque:
 465 & tot annorū erat Sem, quādo mortuus est Abraham. Cumq̄ Sem
 600 vixisset annos sexcentos, patet eum superuixisse Abrahæ annis tri-
 35 gintaquinque, vt etiam computat Hieronymus in ep̄la ad Euagriū.

Tertia ætas ab Abraham ad legem Moysi.

Cap. 7.



Abraham pater multarum gentium filius Thare de stirpe
 Sem fuit natione Caldæus natus in ciuitate Hur Caldæo-
 rum. Nam prouincia Semnaar Caldæa est pars prouin-
 ciæ Babylonis: quam Græci & Latini vocant Mesopota-
 miam: Hebræi vero Aram fluuiorū, quia iacet media inter Tygrin
 292 & Eufratem. In ea regione natus est Abraham ducentesimo nonage-
 simo secūdo anno post diluuiū, vt superius dictū est: anno vs. 43. Ni-
 ni regis Assyriorū ferè definēte. Ortus est autē in ciuitate Hur Choa
 .i. Caldæa, quā. n. Latini & Græci dicūt Hur Caldæorū: eādē Ara-

mei Hur Coa nominant; & Hebræi Hus Casdi. Vnde Ptolemæus in Geographia vocat eam Hur Coa; & Moyſes Hur Caldæorum dicens Gen. 11. Thare genuit Abraham & Aram. Mortuusq; eſt Arā ante Thare patrem ſuum in terra natiuitatis ſue in Hur Caldæorū. Tulit itaq; Thare Abraham filium ſuum & Loth & Sarai, & eduxit eos de Hur Caldæorum, ideſt de terra natiuitatis eius. Qui autem dicunt Hur ibi accipi pro igne, & ſine certo authore & ratione affirmant Abraham fuiſſe proiectum in ignem: hi profecto ſcripturæ ſacræ non cōueniunt, quia vocat Hur terram natiuitatis eius: & ideo eorum dictum eadem facilitate contemnitur qua profertur. Ipſius Abrahæ vita late deſcribitur à Moyſe: cui quosdam ex Etnicis hiſtoricos atteſtari Iosephus his verbis ait in primo antiquitatum libro ca. 15. Meminit patris noſtri Abraham Berofus non quidem nominans enim, ſed ita dicens. Poſt diluuium decima generatione apud Caldæos fuit qdā vir iuſtus magnus, in cœleſtibus rebus expertus. Echatheus autē vltra memoriam eius plus aliquid fecit. Librū enim de eo conficiens dereliquit. Nicolaus vero Damascenus in. 4. hiſtoric ait. Abraham regnauit in Damasco veniens aduena cū exercitu de terra que ſuper Babylonem dicitur Caldæorum. Igitur poſt non multum tempus exurgens etiā de hac regione cū populo ſuo terrā, quæ tunc Chananeā, nunc vero Iudæa dicitur, habitauit. Abrahā nunc vſq; in Damascena ciuitate nomen habetur in gloria: & vicus oſtenditur qui ab eo habitatio dicitur Abrahā. Fame vero poſteris tēporibus apprehēdere Cananeā: Abrahā ad Aegyptios proficiſciē. Eratq; ibi in admiratione cunctorū tanq̄ vir ſapiens atq; paratus nō ſolum ad intelligendū, ſed ad ſariſficiendū, & ad loquēdū quecūq; docere niteretur. Atithmeticā eis quoq; contulit: & que de Aſtologia ſunt ipſe quoq; contradidit. Nā ante aduentum Abraham in Aegyptum hæc Aegyptij penitus ignorabāt. A Caldæis enim hæc plantata noſcuntur in Aegypto: Vnde etiā perueniſſe noſcuntur ad Græcos. Hęc Iosephus. Eusebius quoq; in lib. 9. c. 4. de præparatione euangelica etiam ad hoc alios citat dicens. Alexander autē hiſtoricus, qui multarū rerū peritiā habuit, in volumine de Iudaica hiſtoria Eupolemon ait hæc de Iudæis ſcripſiſſe. Ciuitas, inquit, Babylon ab iis condita primum fuerat, qui à diluuiō euaserunt, quos omnes gigantes fuiſſe conſtat ſparſos per vniuerſam terram poſtquam turris, quam edificabant, diuinitus concuſſa decidit. Decima vero generatione in Camirine Babylonæ vrbe, quam alij Hurien dicunt (quod nomen latine Caldæopolim ſignificat) natus.

est Abraham: qui sapientia omnibus excelluit: à quo Astrologia fuit apud Caldeos inuenta. Is iustitia pietateq; sua sic Deo gratus fuit, vt diuino præcepto in Phœnicem venerit, ibiq; habitauerit: & rationem Solaris motus atq; Lunarisi aliaq; Astrologica Phœnicēs docuerit. Vnde Phœnicum Regi gratissimus fuit. Et post pauca subiūgit. Annonæ autem caritate oppressus in Aegyptū migravit: & habitauit in Heliopoli cum sacerdotibus, à quo Astrologiā ipsi sacerdotes didicerunt. qui tamen nō inuenisse, sed ab Enoch per successionē sibi traditam fatebatur. Et subiungens ait. Græci autem Atlantē aiunt Astrologiā inuenisse. Sed Atlantē & Enoch eundē asserit fuisse. Porro Enoch, inquit, genuit Mathusalem: qui ab angelis Dei multa cognouit, & ceteros docuit. Arthapanus vero historicus Hermuit Iudeos dicit appellatos fuisse, & Hebræos ab Abraamo dictos: quem ait ad Pharetatē Aegyptiorū regem migrasse: & astrologiā illi tradidisse: ac post viginti annos in loca Syriæ rursus rediisse. Melo autem in libris, quos aduersus Iudeos conscripsit, asserit Abrahami sapientissimum fuisse, duasq; vxores duxisse: alterā Aegyptiam ancillam, alteram indigenā coniugem. Hęc ex Eusebio. Ab ipso autē Abrahamā vsq; ad legem datā Moysi fuerunt anni quingenti quinq;. Dicit enim Philo in Breviario temporū. Ab Abraham ad Moysen fluxerunt anni quinq; & viginti & quadringenti. A Moysē ad exitū de Aegypto & inchoatum templum ligneum anni octoginta: ex quibus resultāt anni quingenti quinq;. Hic autem numerus annorum ex diuinis scripturis ita comprobatur.

505
425
80
505

Abraham, cū genuit Isaac, erat annorū centū ex Geñ. 21.	100.
Isaac, cū genuit Esau & Jacob, annorū sexaginta Geñ. 25.	60.
Jacob, cum genuit Ioseph, annorū nonaginta & vnus ex Eusebio & ex Geñ. 37. 41. & 47.	91.
Ioseph autem vixit annos centū & decem ex Geñ. 50.	110.
Et secuta est inde seruitus in Aegypto annis sexagintaquatuor.	64
Deinde natus est Moyses, qui stetit corā Pharaone, & eduxit populū de Aegypto atq; accepit à Deo legem cum esset annorum octoginta, vt patet Exodi. 7.	80.
Ex his confurgunt anni simul quingenti quinq;.	505.
Qui computatur ab Abraham ad legem datam Moysi. A quibus si subtrahas ætatis Abrahamæ annos septuagintaquinq;, quando ipse accepit repromissionē à Deo: & egressus est de terra sua: ac cepit peregrinari, cū dicatur Geñ. 12. Septuagintaquinq; annorū erat Abraham, cum egrederetur de Aram: vt cōsequens erit, vt anno trige-	430

simo & quadringentesimo post repromissionem data sit lex Mosai-
 ca. Et hoc est, quod Apostolus ad Gal. 3. dicit. Abrahæ dictæ sunt
 repromissiones & semini eius, qui est Christus. Quæ vero post qua-
 dringentos & triginta annos facta est lex: nõ irritat & euacuat repro-
 missionem &c. Eundem annorum numerũ Moyse exponit Exo. 12.
 dicens. Habitatio filiorum Israel, qua habitauerũt in Aegypto: sub
 audi ab eo tempore, quo Abraham primo descendit in Aegyptum
 cum esset annorum. 75. fuit annorum quadringentorum triginta.
 Sed à tempore, quo Iacob cum familia sua ingressus est Aegyptum
 cum tunc esset annorum centum triginta, vt scribitur Gene. 47. &
 tunc Ioseph esset annorum trigintanouẽ, quoniam anno patris no-
 nagesimo genitus fuerat: cõsequens est q̃ filij Israel habitauerint in
 152 Aegypto annis ducentisquindecim iuxta prædictam annorũ com-
 putationem. Sed Apostolus & Moyse nõ de hac, sed de prima locu-
 ti sunt. De Moyse aliqua scribit Strabo lib. 16. in dimidio eiusdem
 libri. Ibi ea legere poteris.

Quarta ætas à tabernaculo & lege data ad inchoatũ tẽplũ salomonis. Cap. 8.

Numerus annorum à lege data Moyse quando factum est
 tabernaculũ fœderis: ad inchoatũ Salomonis templum
 describitur à Philone in breuiario temporũ, vbi dicitur.
 Ab exitu de Aegypto & inchoato templo ligneo ad in-
 choatum lapideũ anno. 4. regni Salomonis: & executioni mandatũ
 480 decretum Dauid de successoribus regni anni colliguntur octoginta
 & quadringenti. hęc ille. Idem numerus annorũ describitur. 3. Reg.
 6. vbi dicitur. Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo an-
 no egressionis filiorum Israel de terra Aegypti in anno quarto regni
 Salomonis super Israel ædificare cœpit domum dño. Hęc annorum
 summa digeritur ab ipso Moyse vsq; ad Salomonem non per capita
 originum: sed per ipsos duces Hebræos. quorum primus fuit Moy-
 ses, qui octogesimo anno ætatis suę eduxit populum de Aegypto, vt
 dicitur Exo. c. 7. & 40. annis præfuit in deserto, vt patet Deuter. 29.
 Vixit autem Moyse annis centũviginti, vt scribit in calce Deutero-
 nomij. Digerunt ergo dicti anni. 480. p̃ duces hoc mō fm̃ Hebræos.

Moyse præfuit annis quadraginta Deut. 29.	40.
Iosue annis decem & septem ex conuenienti computatione.	17.
Othoniel annis quadraginta Iudicum. 3.	40.
Aioth annis octoginta Iudicum. 3.	80.
Delbora & Barach annis quadraginta Iudicum. 5.	40.

Gedeon annis quadraginta Iudicum. 8.	40.
Abimelech filius eius annis tribus Iudicum. 9.	3.
Thola annis viginti tribus Iudicum. 10.	23.
Jahir annis vigintiduos Iudicum. 10.	22.
Iepte annis sex Iudicum. 12.	6.
Abessan annis septem Iudicum. 12.	7.
Ahialon annis decem Iudicum. 12.	10.
Abdon annis octo Iudicum. 12.	8.
Samson annis viginti Iudicum. 16.	20.
Hely annis quadraginta. 1. Reg. 4.	40.
Samuel & Saul annis quadraginta Actuum. 13.	40.
David Rex annis quadraginta. 3. Reg. 2.	40.
Salomon rex inchoauit templū anno. 4. regni sui. 3. Reg. 6.	4.
Ex oibus his cōsurgit numerus annorū q̄dringētorū octoginta. 480.	
Regnauit autē Salomon ānis. 40. vt patet. 3. Reg. 11. & regni eius quartus annus fuit quadringētesimus octogēsimus ab egressu filiorū Israel de Aegypto, vt iam supputauimus iuxta hebraicā veritatē. In codicibus insuper latinis s̄m Hebrēos in libro Iudicū. 12. ca. ponitur inter Abessan & Abdon intermedius iudex. s. Ahialon: q̄ in græcis voluminibus intermittitur. Hinc est q̄ Eusebius, quia secutus est codices græcos iuxta. 70. interpretes, qui non ponunt ipsum Ahialon: prætermisso eodē coactus fuit addere annos decē ipsi Iosue dicēs eum præfuisse annis. 27. Si vero interponatur prædictus Ahialon, sicut vere interponendus est, quoniam ipse iudicauit Israel decem annis, vt patet Iudicum. 12. remouēdi quidem sunt decem anni à Iosue ex. 27. quos ei attribuit Eusebius: & remanent ei anni decem & septem, vt nos annotauimus. Nō enim ponuntur in scriptura sacra anni determinati, quibus idem Iosue præfuit hebræis: sed ex conuenienti computatione tot anni prædicti comprobantur ei.	

Quinta ætas à Salomonis templo inchoato ad eius desolationem. Cap. 9.



Salomonis tēplo inchoato vsq; ad eius desolationē fluxerunt anni quadringēti quadraginta, vt cōputat Philo in Breuiario temporum dicens. A quarto anno Salomonis vsq; ad finem posteritatis eius & primū successorē Ahiasarim cognomine Ioas supputantur anni octo & triginta supra centum. A Ioas vero vsq; ad spōtaneā trāsmigrationē Ioakin anni sunt ducētinonaginta & vnus cōnummeratis decē annis, quibus regnauit Amon captiuo patre Her, qui & Manasses. Porro à transmigratione

440

248

291

11

LIBER SECVNDVS

- ad defolationem anni sunt vndecim. hæc ille. Si ergo simul prædicti
440 æti anni colligantur, resultant anni quadringentiquadraginta. Hic
 autem annorum numerus cõprobat per tẽpora regũ Iuda, quibus
1 regnauerunt ex. 3. & 4. libro Regum & 2. Paral. hoc modo.
2 David Rex postq̃ regnauit añis. 40. & inde q̃tuor añis filius eius v3.
3 Salomon à. 4. anno deinceps regnauit annis triginta sex. 36.
4 Roboam annis decem & septem. 3. Reg. 14. 17.
5 Abias annis tribus. 3. Reg. 15. 3.
6 Afa annis quadraginta & vno. 3. Reg. 15. 41.
7 Iosaphat annis viginti quinque. 3. Reg. 22. 25.
8 Ioram annis octo. 4. Reg. 8. 8.
9 Ochozias anno vno. 2. Paral. 22. & 4. Reg. 8. 1.
10 Athalia annis septem. 4. Reg. 11. 7.
11 Ioas annis quadraginta. 4. Reg. 12. 40.
12 Amasias annis viginouem. 4. Reg. 14. 29.
13 Azarias, & Ozias annis quinquagintaduobus. 4. Reg. 15. 52.
14 Ioathan annis sexdecim. 4. Reg. 15. 16.
15 Achaz annis sexdecim. 4. Reg. 16. 16.
16 Ezechias annis viginouem. 4. Reg. 18. 29.
17 Manasses annis quinquaginta quinque. 4. Reg. 21. 55.
18 Amon cõnumeratis annis. 10. absente patre an. 12. 4. Re. 21. 12.
19 Iosias annis triginta & vno. 4. Reg. 22. 31.
20 Ioachaz mensibus tribus. 4. Reg. 23.
21 Ioachim prius dictus Heliachim annis vndecim. 4. Reg. 23. 11.
 Ioachim, qui & Helih, Neri, vel Iconias mẽsibus. 3. & quarto men-
 se vltro in Babyloniam transmigravit anno. 8. Nabuchodonosor,
22 vt patet. 4. Reg. 24. pro quo:
 sedechias regnauit annis vndecim. 4. Reg. 24. 11.
 Et tunc facta est defolatio templi anno. 19. regni Nabuchodonosor
 vt scribitur Hierem. 52. & 4. Reg. 25.
 Ex quibus oĩbus colliguntur anni quadringentiq̃draginta. 440.
 Annos autem illos decem, quos. 70. interpretes & Philo annumerat
 ipsi Amon absente patre: Nicolaus de Lyra adiungit ipsi Afa: ex eo
 q̃. 2. Paral. 16. dicitur. Anno. 36. regni Afa ascẽdit Baasa rex Israel
 in Iudam: quod verum esse non posset, nisi eidem Afa prædicti decẽ
 anni adderentur. Sed mendosus est textus. 2. Para. 16. quoniam vbĩ
 scribitur anno. 36. scribi debet anno. 26. Quod probatur ex hoc q̃
 3. Reg. 15. dicitur. Anno. 3. Afa regis Iuda regnauit Baasa filius
 Ahie super omnẽ Israel in Tera viginti quatuor annis. Si ergo Baa-
 sa regnauit

sa regnavit. 24. annis, & incepit regnare anno. 3. regis Afa hoc est completo secundo anno & inchoato tertio, non potuit peruenire ad annum. 36. regni Afa: sed ad. 26. quo etiam anno obiit, vt dicitur 3. Reg. 16. vbi sic scribitur. Anno. 26. Afa regis Iuda regnavit Hela filius Baafa. Insuper ibidem scribitur. Anno trigefimo primo Afa regis Iuda regnavit Amri super Israel. 12. annis. Ergo anno. 36. regni Afa regnabat Amri rex Israel, & decem annis antea obierat Baafa. & ideo textus. 2. Paral. 16. mendosus comprobatur. Potius ergo adhaerendum est sententię septuaginta interpretum & Philonis: quã etiam sequitur Eusebius: & nos eandem sententiã imitamur. Ex prædictis regibus descendentibus ex David natus est postea Christus, qui factus est ex semine David fm carnem, vt dicitur Ro. 1. ca. quia idem Christus descendit fm carnem ab ipso David non quidem per lineam Salomonis: vt multi falso putauerunt: quoniam eiusdẽ Salomonis linea defecit interfecto ab Hieu Ochozia, vt pater. 2. Para. 22. & hoc fuit propter peccata eius. Vnde dicit beata Birgitta de Suetia lib. 3. ca. 19. suarum reuelationum. Salomon cui tam mirifica data & promissa sunt: excessit à bonitate: & non est completa in eo promissio propter ingritudinẽ eius. hæc illa. Sed ipse Christus processit ex David per lineam Nathan filij sui naturalis germani Salomonis. Nam vt dicitur. 1. Paral. 3. David ex Bersabee quatuor filios habuit. s. Symmaa, Sobab, Nathan, & Salomonem. Nam deficiente linea Salomonis interfecto Ochozia & cęsa Athalia successit in regnum Ioas, vt pater. 4. Reg. 11. Qui descendit ex linea Nathã. In hoc plures authores decepti sunt describentes non recte Christi genealogiam: quoniam ad eorum manus nõ peruenit Philonis breuiarium de temporibus: qui ad plenum prædicta in eodem libro declarat dicẽs. Siquidem orta lite inter filios David, quos ex Bersabee genuerat, quis regno præcederet: David edicto statuit à iunioribus inchoari: & vt alter alteri succederet vbi posteritas naturalis deficeret. Itaq; à Salomone minimo cceptũ est: & à Nathan illi natu proximio filio dicto Ahiasar & Mathar & posteris eius Ahiasarim atq; Mathatiim, idest, vt omnes dicerẽtur & essent fratres principis & donati tempore ad succedendum. Hinc vsq; ad Iosaphat & Ochoziam posteritas Nathan semper dicta est Ahiasarim. Nam quos occidit Ioram posteros Nathan, quos pater in tribu Iuda præter decretum honorauerat filij Iosaphat, fratres Ioram dicti sunt. Similiter infantes eorum, quos Ioram liberos quidem, sed redditu vacuos in tribu Iuda reliquerat: dicti sunt fratres & filij Ochozie: cum tamẽ Ochoz

zias vnicus solus ex Iorã & Salomone superstes esset. Quo perẽpto omnem stirpem regiã Ahiasarim Athalia conata est delere: nisi pro uidentia Iosabet sororis Ochozię saluatus fuisset minimus ex Ahiasarim infans Helih, q̄ & Heliachim. Nã synonyma sunt Syris & Aegyptijs Helih, Heliachim, & Ioachim. Cognoĩarus aut̄ infans Helih, fuit Ioas primus ex domo Dauid & posteritate Nathã. Pro quo Mizmor. i. psalmus à dextro & læuo choro decantatus fuit: qui à. 70. senioribus septuagesimus quartus positus est: & sub Ioiada institutus ne disperderet deus funditus domũ Dauid, vbi finierat proles Salomonis. Ab isto Ioas atq; deinceps in rememorationẽ, reges semper binomij & trinomij fuerũt. Nã iste primus dictus est Helih, Ioas, Symeon. Itẽ Her, Manasses & Ezechias, Iesus & eiusmodi. Huc vsq; Philo Hebræus. Hęc verba Philonis conueniunt dictis diuinæ scripturæ in libris Regũ & Paralippomenon: vt eleganter exponit Ioãnes Annius in suis cõmentarijs super Philonem. Siquis ea videre cupit, prædicta eius in Philonem commentaria legat.

Sexta ætas à templi desolatione usq; ad Christum.

Cap. 10.

586 **A** Defolatione templi vsq; ad Christi conceptionẽ fuerunt
 587 anni quingentioctogintafex. Et facta additione nouem
 mensium quibus in ventre matris vsq; ad natiuitatẽ eius
 mansit, fuerunt anni quingenti octogintaseptem: minus
 tribus mensibus. Ad hoc probandum distinguemus hęc interme-
 dia tempora in quatuor partes imitãtes Philonem hebræum. Et pri-
 mo à templi desolatione vsq; ad liberationem à Babylonica seruitu-
 te in principio Monarchiæ Persarum & Medorum regnante Cyro.
 Secundo à liberatione & eadem Monarchia vsq; ad principium Mo-
 narchiæ Græcorum regnante Alexandro magno. Tertio ab Alexan-
 dro magno vsq; ad Iudam Machabẽũ: qui ab ipso Philone dicitur
 Asmonai, idest pugnax latine: & vulgo Palladinus ab armata Palla-
 de: Græce vero Machabæus. Quarto à Iuda Machabæo vsq; ad
 Christum. Incipiamus ergo primo ab ipsa templi desolatione.

De tempore captiuitatis Babylonicæ.

Cap. 11.

70 **T**empus Babylonicæ captiuitatis à desolatione tẽpli vsq;
 ad populi liberationem, fuit annorũ. 70. quod sic osten-
 ditur ex Philone & ex diuinis eloquijs. Nam dicit Philo
 in breuiario temporum. Et à desolatione ad carceres Ioas

20 chin sunt anni viginti, & ab eius transmigracione triginta & vno.
 Sex annis sequētib; tūc editus est Mizmor octogēsimus septimus.
 7 In fine autem septimi anni Euilmerodach eductum Ioachin de carcere in honore habuit: eumq; populus Neri cognominauit, eo q; lucerna David, quæ timebatur extincta, illuxerit: & Mizmor octogēsimus octauus editus est ad gratiarum actionē atq; conseruationē gentis: & celerem missionem messia. Mox liberato Neri, datus est à Deo filius Mesezebeel cognomento Salathiel: qui anno. 17. ante solutionem captiuitatis genuit Barachiam: qui anno. 17. soluta captiuitate dux populi fuit: & ab eo ducatu dictus est Zorobabel anno à trāsmigracione octogēsimoprimo, & à desolatione septuagésimo. Hæc Philo. Ex quo patet q; à liberatione Neri à carceribus vsq; ad solutā captiuitatem fluxerunt anni quadragintatres: qui adiuncti prædictis vigintiseptem constituunt annos septuaginta. Ponderāda sunt autem verba Philonis, quoniam distinguit annos transmigracionis spontaneæ à desolatione & captiuitate violenta totius regni: & de vtriusq; distinctione atq; gestis scribitur in fine quarti libri Regum: & in vltimo. 2. Paralip. De vtraq; etiam est vaticinium Hieremiæ prophete, capite. 34. Vbi in fine contra Sedechiam locutus est ipse propheta: & solitudinem atq; desolationem vocat dicens. Reducam Caldeos in ciuitatem hanc, & præliabūtur aduersus eam, & capient eam, & incendunt igni: & ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eo q; non sit habitator. Qualiter autem hoc sit adimpletum scribitur in eodem libro Hieremiæ à capite. 36. vsq; ad. 40. & in fine. 4. Reg. & in calce. 2. Paralip. eiusdem desolationis vaticinium: & quantum temporis duratura esset desolatio exprimitur Hieremiæ. 25. ca. hoc modo. Hæc dicit dominus exercituum. Pro eo q; non audistis verba mea: ecce ego mittam & assumam vniuersas cognationes Aquilonis: & Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum: & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos: & ponam eos in stuporē & in sibilum & in solitudines sempiternas. Et erit vniuersa terra eius in solitudinem & in stuporem: & seruient omnes gentes istę regi Babylonis septuaginta annis. Cumq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super Regem Babylonis, & super gētem illam dicit dominus, iniquitatem eorum: & super terram Caldeorum: & ponam illam in solitudines sempiternas. Ex quo sequitur Philonem recte dixisse. 70. annos desolationis & solitudinis non transmigracionis, vt quidam incaute scribunt. Prius nanq;

fuerat transmigratio vndecim annis: Et ideo Philo affirmat annos octoginta & vnū à transmigratione; & 70. ab ipsa desolatione. Hos etiam annos desolationis & non transmigrationis vocat sapientissimus Daniel propheta. 9. c. dicens. In anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super Regnum Caldeorum anno vno regni eius: ego Daniel intellexi in libris numerum annorū de quo factus est sermo domini ad Hieremiam prophetam, vt completerentur desolationis Hierusalem. 70. anni. Fuerūt ergo anni. 70. à desolatione ad liberationem. Cōsiderandum est etiam, q̄ carceres Ioachin iniusti fuerunt, quia sub fide publica se se cū suis potestati magni Nabuchodonosor permisit: & post lapsum temporis annorum .s. triginta vnus illum in vincla coniecit. Et idcirco illum tanq̄ iniuste ibi positū, filius eius cognomine Euilmerodach & nomine Amilinus eduxit, & honorauit, vt scribitur. 4. Reg. 25. & Hieremiæ ultimo. Sicut autē Philo vocat Ioachin Neri, quod interpretatur lucēs mihi, vel lucerna mea: similiter etiam Lucas euangelista. 3. c. vocat eum Neri ex ipsius cognomine: & dicit eum patrem Salathielis, cui nomen proprium fuit Mesezebeel. Huic fuit Barachias filius: qui à principatu cognominatus est Zorobabel, idest princeps captiuitatis Babel. Porrò Zorobabel genuit Rhesa cognomēto Misciollam. Lucas etiam eū vocat Rhesa. & 1. Paral. 3. dicitur Misciollā. Breuib⁹ autē verbis ponitur genealogia hęc Neemię. 3. vbi dicit. Et iuxta eum ædificauit Misciollam filius Barachie filij Mesezebeel.

De tēpore à primo anno Cyri usq; ad Magnū Alexadrū ex hebreis libris. C. 12.

A Primo anno Monarchiæ Cyri & Darij quando facta est liberatio à captiuitate Babylonica: vsq; ad magnū Alexandrum digeruntur anni centumnonaginta & vnus. Quod ostendit Philo per sacerdotes ex tribu Leui: & per duces ex domo David dicēs. Præfuerunt autem populo duces ex domo David & sacerdotes ex Leui seorsum vsq; ad tempora Asmonai. Et prius describit ex ordine sacerdotes: deinde duces. De sacerdotib⁹ ergo dicit. Et de his. 70. seniores sic in scriptis reliquerūt. Iesus filius Iosedech magnus pontifex cum Barachia Zorobabele filio Mesezebeelis filij Neri ipse est Ioachin anno primo Cyri venit Hierosolyam: & secundo anno dum iacerent fundamenta prophetantibus Agai & Zacharia ob mortem Darij Histaspis impeditum est opus: nec adiri potuit Cyrus: qui bello Thamirico erat impeditus. Suc

cessit interfecto Cyro, Assuerus Priscus Artaxerfes: qui bellum parabat contra Artaxat factionis Thamiricæ fautorem: qui & ad defectionem cōpulerat Assyrios, Medosq; ac Persas: & Assuerus intra Babyloniam se se cōtinebat. Ad eum Iesus pontifex quia duces Syriæ contra Hebræos scripserant, se contulit relicto pontificatu anno. 12. Assueri, filio suo Ioachin, qui & Helih. Ergo quia eo anno erat Assuerus occupatus bello, non est auditus Iesus. Victor cum se quēte anno missum à se Holofernem à Iudæis truncatum audisset, edicto publico vetuit templum erigi. Successerūt duo filij eius, qui de imperio contendētes Dario Longimano, qui votum relaxādi edictum patris emiserat, septimo mense victoria cessit. Anno eius primo reuersus Iesus hortantibus iisdem prophetis edificare templum annixus est. Cessit ergo Iesus pontificatum primum vsq; ad. 12. annum Assueri Prisci, annis sex, & triginta Ioachin filius in eius absentia annis octo. Is & Iudith gesta conscripsit: & anniuersariam liberationis memoriam, quot annis agendam instituit. Idem Iesus reuersus profecutus est pontificatum annis viginti vsq; ad vigesimū annum Longimani natus annos triginta & centū. Ei successit Ioachin item secūdo pontifex annis quadraginta & octo vsq; ad duodecimū annum magni Artaxerfis Assueri: qui gesta Hester scripsit: & memoriam Phurim instituit hortante illum per literas Mardocheo, qui decem & octo annis etatem Isaac superauit. Tertius pontifex successit Eliasib annis vno & viginti vsq; ad trigessimū tertium annum magni Artaxerfis. Hic primus posuit Hierosolymis portā gregis. Quartus pontifex Ioiada gessit pontificatum annis viginti quatuor: & totidem Jonathan vsq; ad finem Ochi Artaxerfis. Vltimus sub Arsis fuit sextus pontifex Iaddus annis decem. hæc ille. Ex horum pontificum temporibus colliguntur anni centum nonaginta & vnus. Hos etiam sex pontifices Neemias enumerat. 12. c. dicens. Iosue autem genuit Ioachin: & Ioachin genuit Eliasib: & Eliasib genuit Ioiada: & Ioiada genuit Jonathan: & Jonathan genuit Iedda. De bello autem Thamirico Philo sequitur veram historiam Persarum & Metasthenis Persæ chronographi: & asserit post mortem Darij interfectum Cyrum & non ante, vt incofulte describunt Herodotus & Eusebius. Et hoc est, quod significat Esdras. c. 3. & 4. q; licet Darius & Cyrus adepta Monarchia soluerint captiuitatem Babylonicā, quā ibi inuenerunt: & dederint licentiam reedificandi templum: tamen opus impeditum fuit à vicinis ducibus Cyri omnibus annis eiusdē Cyri. Et post eum secutus Artaxerfes publico edicto prohibuit hoc

addens q̄ semper ciuitas illa rebellauerat contra reges: quia scilicet interfecerat socina Holofernem principem militiae suae existente pontifice Ioachim suffecto à patre Iesu, vt Philo scribit: & in libro Iudith commemoratur. Et non te perturbet q̄ iste Assuerus vocetur Nabuchodonosor in libro Iudith: quia, vt ibi dicit, & Philo scribit, Artaxat inuaserat Monarchiam tenebatq̄ Assyrios, Medos, & Persas: & hic Assuerus solam Babyloniam: vbi rex cōmuni appellatione dignitatis vocatur Nabuchodonosor, sicut in Aegypto Pharaos. Quod vero Philo scribit Mardocheum uini superasse Isaac ānis decem & octo, significat eundem Mardocheum uixisse annis centum nonaginta octo: quia Isaac uixit annis centum octoginta, vt scribitur Gene. 35. Deinde Philo describit duces ex domo Dauid: & incipit à Regibus ex domo Nathan descendentibus ante captiuitatem: postea ponit duces inde sequentes. Subiungit igitur dicens. Principes uero ex domo Nathan primus Symeō qui & Ioas. Rursus Leui qui & Amasias. Item Iesus qui & Ezechias. Her quoq̄ qui & Manasses.

58 Ili ante captiuitatem. Porro in captiuitatis solutione Zorobabel
 66 primus praefuit annis octo & quinquaginta. Rhesa Misciollam sex
 53 & sexaginta. Ioannaben Rhesa tribus & quinquaginta. Iudas pri-
 14 mus cognomine Hyrcanus quatuordecim. hęc ille. Ex ānis ergo ho-
 191 rum ducum confurgunt similiter anni centum nonaginta & vnus.

De tempore ab Alexandro magno ad Iudam Machabeum. Cap. 13.

164 **A**B Alexandro magno usq̄ ad Iudam Machabeum fluxerunt anni centum sexagintaquatuor. Quod etiam ostendit Philo prius per pontifices Leuitici generis: deinde per duces Dauidicos. Dicit ergo. Ab Alexandro uero ad Asmonaim pontifices usq̄ ad Iudam.

Onyas Priscus annis uigintiseptem. 27.

Simon Priscus uigintitribus. 23.

Eleazarus Antiochi Theos inimicus uiginti. 20.

Manasses Seleuco Gallinico amicus uigintiseptem. 27.

Simon iustus honoratus à magno Antiocho uigintiocto. 28.

Onias huius filius à Seleuco spoliatus templo trigintanouem. 39.

Hunc sequitur Iudas Asmonai. hęc Philo.

Ex praedictis redduntur anni centum sexagintaquatuor. 164

Deinde Philo eosdem annos cōputat per duces ipsos, dū subiungit.

Duces uero ex domo Dauid fuere.

Iosephus primus annis septem.	7.
Abner Semei vndicim.	11.
Helih Matathias duodecim.	12.
Asar Maat nouem.	9.
Nagit Artaxat decem.	10.
Agai Helli octo.	8.
Mallot Naum septem.	7.
Amos Scirach quatuordecim.	14.
Matathias Siloa decem.	10.
Iosephus iunior Arses honoratus à Ptolemęo sexaginta.	60.
Ianneus secundus Hyrcanus præfuit annis sex & decem.	16.
Hęc Philo. Ex his ducibus colliguntur anni cętū sexaginta quatuor. 164	
De Regibus autem ex Nathan ante captiuitatis liberationem, & de ducibus post ipsam liberationem quo ad eorū nomina siue cognomina vsq; ad Iudam Machabæum conueniunt Lucas euangelista & Philo, & in multis etiam Iosephus.	

De tempore à Iuda Machabæo usq; ad Christum. Cap. 14.

A Iuda Machabæo vsq; ad Christi conceptionem fluxerunt anni centum sexaginta & vnus. Hoc autem probatur ex verbis Philonis in breuiario temporū. In quo tempus à Iuda Machabæo ad tyrannidem Herodis & ab ea ad legitimum eius principatum; à quo vsq; ad suam ætatem idem Philo describit dicens: Mox secuti Asmonai simul cum pontificatu etiam ducatum à domo David subriperunt. Vnde orta est inimicitia & similtas. Iudas Asmonai correptis armis contra Antiochū illustrē & filiū eius Eupatorē atq; Demetriū præfuit ānis quinq; 5.
 Ionathas eius frater decem & nouem. 19.
 Simon ab Antiocho Sidete imunitate donatus præfuit ānis octo. 8.
 Ioannes Hyrcanus Priscus ex Asmonaim annis vigintifex. 26.
 Aristobolus vno. 1.
 Ianneus Alexander vigintifepem. 27.
 Eius vxor Alexandra nouem. 9.
 Vltimus Hyrcanus trigintaquatuor. 34.
 Qui captus à Parthis relicta vxore ac filia & eius fratre Aristobolo; mox Herodes iubente senatu Romano: inuitis Hebręis regnum tyrannicum inuit sibi vxore filia Hyrcani capti à Parthis; & declarato filio eiusdem Hyrcani Aristobolo pontifice, vt Iudęorū animos ad se inclinaret. Sustulit autē ex filia Hyrcani

161
2

sibi vxore filios duos. Sed cum anno vigesimo sexto tyrannici regni sui Herodes reuersum socerum Hyrcanum aduerteret more prisco regis salutari ab Hebræis, illum sibi socerum, socrumq; atq; filiam sibi vxorem & duos ex ea susceptos liberos & Aristobolum interemit. Biennioq; post Hebræos multis calamitatibus afflixit. Anno vero trigésimo principatus sui tyrannici Zanedrim ex domo David deleuit: & Annaleum quendam atq; Zanedrim ex Profelitis suffecit, qui nimium in lege videbantur eruditi. Tum & Salome sororem suam, & virum eius de tribu Iuda: itemq; proprium filium quem ex vxore eiusdem tribus susceperat, interfecit, quòd diceretur iam in lege promissus Christus natus. Fessi tandem Hebræi, vltro ipsi ac eius posteris regnum obtulerunt, iurâtes in fide ipsius ac posterorum se se permauros. Regnavit hic primus Herodes Ascalonita tyrânico principatu annis trigintauno: & legitimo sex. Et filius eius Archelaus annis nouem. Herodes autem tetrarcha annis vigintiquatuor: cuius vigesimoprimo anno legatus à nostris Iudæis ab Alexâdria missus adolescens eram. Secutus est hunc Agrippa Priscus annis septē. Agrippa iunior annis septē & viginti. Et Agrippinus, qui & Agrippa vltimus annis triginta vsq; ad hunc vltimū annum ætatis meæ decrepité. Hic est finis breuiarij temporum prædicti Philonis. Sunt ergo anni à Iuda Machabeo vsq; ad tyrannicum principatum Herodis centumvigintinouem, vt hic Philo enumerat. A quo discrepat Iosephus, qui affirmat ânis duobus minus regnasse Asmonai, idest annis. 127. ideo hic reicitur Iosephus, & in multis alijs temporibus. Nam libri Machabeorum, qui olim absq; temporibus scripti erant: & gesta & sub quibus regibus acta erant apud veteres habentur: Iosephus in eis tempora adiiciens, eos apocriphos reddidit: quia ponit Antiochum illustrem regnasse anno centesimo trigésimo septimo regni Græcorum, scilicet ab Alexandro magno, vt. 1. Machab. 1. c. scribitur: qui tamen regnavit anno centesimo quinquagesimotertio, vt patet in annalibus Græcorum per singulos reges Asiæ & Syriæ post Alexandrum: quos Eusebius in libro de temporibus erudite annotauit. Porro Herodes, vt dictum est, regnavit tyrannico principatu annis. 31. & legitimo. 6. atq; simul in rotum regnavit annis. 37. vt omnes concedunt. Cœpit autem legitimus principatus Herodis regni sui anno. 32. incipiente: qui erat etiam incipiens annus quadragesimus secundus Octauiani Augusti, vt patet per Olympiades, & per Eusebium in libro de temporibus. Quo tempore Christus de Virgine conceptus est: & impleta est tunc pro-

phetia Iacob dicentis Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, id est Christus verus messias. Nondum autem erat ablatum regnum & ducatus Iuda in tempore tyrannici regni Herodis: sed cum coepit regnare legitimo principatu, quando conceptus est Christus. Si ergo annis predictis centum viginti nouem à Iuda Machabæo ad initium regni tyrannici Herodis, addantur. 32. anni Herodis, quando scilicet conceptus est Christus: consurget numerus annorum centum sexaginta vnus à Iuda Machabæo ad Christi conceptionem. Quia vero, vt dicit Philo, susceptus principatus fuit causa simultatum: Nam duces Dauidici depressi equidem iure irascebantur: & ideo ipse Philo non ponit, qui successerint ex domo David: quia studuit tēpora per duces notiores exprimere, qui sumpserant principatum. Quidam vero Iudæi in primitiua ecclesia fingentes se Christianos, vt obscurarent genealogiam Christi: quam Lucas & Mattheus aperte describunt: potissime Lucas, qui ait Ianneo successisse Melchi: & Melchi successisse Leui patrem Mathan & auum Helih siue Ioachin, transmutatis nominibus dixerunt Panter pro Melchi: & Barpanter pro Leui: & q̄ Helih quasi alter à Ioachin fuerit pater Ioseph legalis per suscitationem fraterni seminis. Contra quos Hieronymus de ortu beatę Marię virginis scribens. Quid, inquit, Panteris & Barpanteris & fraterni seminis suscitatione opus fuit ad genealogiam Marię quę clara est: nisi quia falsi fratres sub specie angeli lucis ad eludendum euangelia quasi illa exposituri hæc finxerunt? vbi euangelista Lucas & sanctorum traditio Syrorū, sicut Philo & Lucas clarissime descriperunt. Quin etiam & vbi Lucas tempora nō colligit, & Philo definit ipsi ea clarissime inferunt dicentes. Vixit autem Melchi filius Iannei annis quinq; & viginti & genuit Leui: qui quadragenarius genuit Mathan. Hic agens annum trigessimum sextum genuit Ioachin, qui & Helih patrem quidem naturalem Marię & legalem Ioseph. Anno autem quadagesimo sexto ipse Ioachin natura sterilis genuit Mariam. Quę & ipsa quartodecimo ætatis anno genuit Saluatorem. Hęc Hieronymus. Si ergo enumerentur anni à Melchi vsq; ad quartumdecimum annum beatę Marię virginis consurgent anni centum sexaginta & vnus: & totidem à Iuda Machabæo ad trigessimum secundum annum Herodis. Quare primus annus, quo legitime sceptrū de tribu Iuda sustulit Herodes, idem fuit & primus concepti Saluatoris. Colligamus ergo simul annos à desolatione templi ad Christi incarnationem ex prædictis quatuor distinctioni-

129

32

161

25

40

36

46

14

116

bus sextæ ætatis: & inueniemus eos esse quingentos octoginta sex.

Nam à desolatione vsq; ad liberationem fuerunt anni.	70.
A' liberatione vsq; ad Alexandrum magnum anni.	191.
Ab Alexandro vsq; Iudam Machabæum anni.	164.
A' Iuda Machabæo vsq; ad Christi conceptionem anni.	161.
Ergo à desolatione vsq; ad Christum conceptum fuerunt anni.	586.

EPILOGVS.

Similiter colligendi sunt simul omnes anni à mundi creatione vsq; ad Christum ex distinctionibus prædictarum sex ætatum.

Nam ab Adam vsq; ad diluuium fuerunt anni.	1656.
A' diluuiio vsq; ad Abraham fuerunt anni.	292.
Ab Abraham vsq; ad legem datam Moyfi fuerunt anni.	505.
A' lege Moyfi vsq; ad inchoatum templum Salomonis anni.	480.
Ab inchoatione templi ad eius desolationem anni.	440.
A' desolatione vsq; ad Christi conceptionem anni.	586.
Ergo à creatione mundi ad Christum cõceptum sunt anni.	3959.

Quibus addendi sunt noueni menses quibus Christus in utero matris mansit antequam nasceretur. Itaq; a creatione mundi vsq; ad Christi natiuitatem colliguntur anni tria millia nongenti sexaginta ¹⁹⁶⁰ minus tribus mensibus. A' cuius natiuitate iuxta morem communẽ ecclesiæ Romanæ, deinceps enumerantur anni domini Saluatoris. Hæc sufficere possunt ad comprobendam veritatem temporum ab exordio mundi ad Christum. Sed ad maiorem euidentiã ex alijs regnis eadem tempora in tribus sequentibus libris adhuc vberime demonstrabimus.

Liber tertius de Italorum temporum descriptione.

PROLOGVS.



E temporibus ante diluuium in libris Etrnicorum nihil inuenire potuimus, nisi quod scribitur à Beroso Caldeo, qui primo antiquitatum libro ita dicit. Ante aquarum cladem famosam, qua vniuersus perijt orbis, multa

preterierunt secula : quæ à nostris Caldæis fideliter fuerunt seruata. Cum ergo singula tempora nō expresserit ante diluuium : & ad nos non peruenerint annalia Caldæorum : non possumus ex eorum scriptis comprobare eadem tempora : nisi ex Moyse & ex Hebræis codicibus & Philone : qui dicunt à mūdi creatione ad diluuium fluxisse annos mille sexcētos quinquaginta sex, vt superiori libro descripsimus. 1656
Post diluuium vero ipsi Ernici singula tēpora & annos describunt, quasi fuerit post ipsum diluuium prima hominum origo : & in eisdē annorū numeris conueniunt Moyse, Hebræis & Philoni : quod ostendemus in hoc. 3. libro, in quo agendum est de Italiæ imperio iuxta diuersa seculorum tempora, metallorum varia specie designata.

De aureo seculo.

Cap. 1.



Venadmodum ait Marcus Cato Portius in fragmētis. Italiae splendidissima origo fuit, tum tempore, tum origine gentis. Cœpit enim aureo seculo sub principibus dijs Iano, Cameſe, Saturno gēte Phœnica & Saga : quæ post inundationem terrarum per orbem prima colonias misit. Et de mundi quidem origine authores non paria sentiunt. Nam Caldæi sibi sempiternitatem persuadent. Phœnicibus vero ac Sagis magis placet origo. Inter vtrosq; cōuenit ante Ninum circiter annos quinquaginta & ducentis, quibus durauit aureum seculum terras fuisse inundatas : & in Scythia Saga renatum mortale genus. hæc ille. Eidem conuenit Archilocus in libro de temporibus : qui Maseam Phœnicem Damascenum citat dicens. Maseas Phœnix Damascenus libro nonagesimo septimo historiarum asserit ante Ninum ferme ducentis quinquaginta annis fuisse inundationem terrarum : & quendam, cui testimonium perhibet Moseus antiquissimus historicus liberatum circa fluuium Araxim ad montes Caspios : tumq; recenti cœlo & rudi humano genere vixisse auream vitam : in qua nullo ferente legem natura ipsa viuebatur : quousq; Ninus & Semiramis arma populis inferentes primi vitam vitare cœperunt humanam. hæc ille. Quintus Fabius Pictor prædictis duobus etiam conuenit in libro de aureo seculo & de origine vrbs Romæ dicens. Italiæ imperium penes duos populos principes extitit : Posterius Romani : principio Thusci sub Iano cœperunt in aureo seculo. Aurea ætas primo ortu generis humani fuit sic dicta quod posterioribus seculis comparata æque vt aurum

inter metalla effulsit. Eam cepisse sub Ogyge ante Ninum annis circiter ducētis & quinquaginta Xenophon atq; maiores prodiderūt. Is Ianus sub initium aurei seculi, læuum latus Tyberis in Aethru-
 249 ria tenuit. Camefes vero ac Saturnus circa finem eiusdem ætatis dex-
 131 trum incoluerunt. hæc ille. Aurea ætas non durauit integris annis
 56 ducentis quinquaginta: sed ferè vno minus: ideo prædicti authores
 62 eidem numero ducentesimo quinquagesimo addiderunt fermè vel
 249 circiter. Nā & Berofus, ex quo authores præfati hæc hauserunt, enu-
 merat annos ætatis aureæ ducentos quadragintanouē. Xenophon
 etiam in libro de equiuocis idem tempus describit à publica fide co-
 lumnæ in Babylonia excise à Semiramide. Enumerat enim ab inun-
 datione ad Saturnum patrem Beli annos trigintaunum supra cen-
 tum: & à Saturno ad Beluum filium annos sex & quinquaginta: & à
 Belo ad Ninum annos sexagintaduos. Itaq; ab inundatione ad Ni-
 num primum monarcham fuerunt anni ducentiquadragintano-
 249 uem. quos ostendimus tribus regibus Italiæ à diluuiò ad Ninum
 & Camesem.

Solitudo Italiæ annis centum & octo.	108.
Ianus primum adueniens annis trigintatribus	33.
Comerus Gallus annis quinquaginta octo.	58.
Ochus Veius annis quinquaginta.	50.
Ex quibus confurgunt anni ducentiquadragintanouem.	249.

Hos tres reges nominat Berofus author publicæ fidei: qui dicit an-
 no decimo Saturni patris Beli Ianum misisse colonias Tuscas du-
 ce Comero Gallo: cui filius fuit Ochus Veius.

De argenteo seculo.

Cap. 1.



Ost aureum seculum secuta est argentea proles, de qua di-
 cit Fabius Pictor. Circa finem aurei seculi primis omnium
 Ninus Rex Assyriorum hos aureos mores noua regnan-
 di cupiditate mutauit. Et primus limites transgressus bel-
 la finitimis mouit: & totius Asiæ populos perdomuit: sub quo Ca-
 meses præfectus fuit Aboriginibus. Et paulopost frementibus vn-
 diq; contra se armis: toto prius pererrato orbe Saturnus ad
 Ianum se contulit. Eum comi hospicio Ianus receptum La-
 tio & Aboriginibus præfecit. Et more quamuis tunc finientis
 aurei seculi intra fines suos seseque quisq; continuit: Ianus
 in Ethruia: & Saturnus in Latio: Tyberimq; fines imperij esse

instituit. Intra enim suam cuiq; patriam tunc de more regnum finie batur. Limes igitur erat inter eos Tyberis: aræ vero limitum erant Ianiculum & Saturnia Capitolina. Ethruriam à Ianiculo Ianus, Latium à Saturno Saturnus cognominauit. Ad radices enim Capitolij Saturnus condiderat, vt Ianus Ianiculum. Hęc igitur fuit prima Romæ origo ad radices Capitolij: vbi tunc pascua bobus erat. hæc ille. Cui & conuenit Cato in fragmentis: qui vt in. 2. libro Dionysius dicit Fabium Pictorem secutus est dicens. Roma principio sui pascua bobus erat.

A Camefe autem ad Athlâtem Italum, à quo Italia dicta est, fluxerunt anni quadringentitriginta sub his regibus.

Camefes regnauit annis decem & nouem. 430
19.

Iani secundus aduentus annis octogintaduobus. 82.

Cranus Razenus annis quinquagintaquatuor. 54.

Aruns annis quadragintatribus. 43.

Tages annis quadragintaduobus. 42.

Sicanus annis triginta. 30.

Enachij Lukij annis triginta. 30.

Apis annis decem. 10.

Lestrigon annis quadragintaquinque. 45.

Hercules annis triginta. 30.

Thuscus annis vigintiseptem. 27.

Altheus annis septem. 7.

Hesperus annis vndecim. 11.

Ex his confurgunt anni quadringentitriginta. 430.

Hęc tempora fidem publicam habent à Beroso in. 5. antiquitatũ.

Qui per Reges Assyriorũ à Camefe, qui rexit primo anno Nini colonias Italas vsq; ad Italum supputat totidẽ annos & Larthes quot assignauimus. Insuper Camefis Saturni: Iani meminit Iginus, Plutarcus, Macrobius in primo Saturnaliorum, & nonnulli Poetę. Crani Razenui meminere loca Volturnæ ita dicta: & Mirsilus de origine Italiæ: & Dionysius in primo libro dicēs Thuscos se appellare à duce Razenuos. Aruntis primi, quẽ Berosus Arunum nominat, memoriam seruât eius coloniæ Thuscæ: Aruntini veteres: Aruntini Rullienses: Aruntini Fidentiores. Tagetem fuisse, qui primus Thuscos aruspicinam docuerit omnes cũ Beroso cõfitentur. Sicani prædia in agro Verulonię manent: quę dicimus vallem Sicaniam: sicut Enakios omnes dicimus kathenakios, idest congregationes gigantum: quos expugnauit Apis: & filius eius Hercules Aegyptius. Vn

de & vallem gigantū etiā circa Thuscanellam incolę vocant: & campum Cymeum iuxta kath enakia: vbi Ioui iusto Api affuerunt Itali contra gigantes, vt asserit Diodorus in sexto libro. Aliquot annis præfuisse Italię Apim & eius nepotem, quę Gręci Antropophagū, Ethrusci Churchium: Latini & Berofus Lestrigonem vocant. Itēq; & Herculem, Tuscum, Altheum, & Hesperū cuncta supradicta monumenta cum Beroso confirmant. Et ideo à Chamefe vsq; ad Hesperum amplam fidem temporum & hominum Berofus & historici & eorum monumenta præbent.

De Aeneo seculo.

Cap. 3.

Seculum Aeneum incepit ab Atlante Italo, à quo Italia nomen accepit: vsq; ad Troianum excidium. Dicit enim Fabius Pictor in secunda parte libelli primi de origine vrbis Romę. Prima igitur origo Romę fuit collis Capitolinus ante Saturnia dictus. Sequens hunc Auentinus fuit habitatus ab Atlante Italo è Sicilia aduecto eo cōtra fratrem suum Hesperum: in cuius tutela erat Aethrurię imperium adhuc Iano puero & immaturo ad munera regia & regni. Porro Italus dimicare à Iano & Aethruscis prohibitus in Auentino confedit: ad cuius radices iuxta Tyberim ope atq; consilio Iani Capenam oppidulū condidit: & regionem eius permisso Italiam dixit. Mox Hespero fratre rebus humanis exempto Italus in tutelam Ianum & Ethruri in suscipiens: omnem circa Tyberim regionem extinctis vltro citroq; alijs cognominibus à se Italiam nuncupauit. hæc ille. Teste Iginio, cui concordat Berofus Atlanti Italo, à quo Italia dicta est, frater fuit Hesperus Rex Hispanię: inter quos bello orto ob regnandi cupiditatem superior fuit Atlas Italus: qui pulso Hespero in Italiam regnauit in Hispania, atq; Sicilia. Hesperus in Italia ad Thuscos se cōferens regni tutor factus est Iano tunc infante, vt Fabius innuit. Sed consyderanda vnum fuisse Ianum Priscum, plures vero posteriores: quorum hic fuit vnus, cui nomen Camboblascon: & cognomē fuit Coritus gener Atlantis Itali, vt in 5. antiquitatum Berofus prodit. Ab hoc Hespero Italia & Hispania Hesperię dicte sunt, quia vtrobiq; regnauit, vt Iginus scribit & Seruius super Aeneida refert. Non autem dicuntur ab hespero sydere, vt Gręci mentiuntur: quia eò nauigāt ab Italia in Hispaniam: quia sic & Gallia esset Hesperia, quia eodem sydere nauigant ab Italia in Gallias: vel quia sola stella Polari fiat na-

uigatio : sed vt dictum est ab Hespero , qui in Hispania & in Italia regnum tenuit. Verum pauloante obitum Hesperii Italus ab Hispania in Siciliam: & à Sicilia in Italiã contra fratrem dimicaturus cõcessit in Latium: vbi Ethrusci cū Iano puero obuiantes prohibuerūt Italum cū fratre arma conferre. Permiserunt tamen, & opem cū cõsilio adiecerunt, vt è regione Saturniẽ collẽ Auentinũ teneret: & condito oppido Capena etiam agrum eius à se Italiã diceret. Mox ergo mortuo Hespero tutor Iani, qui & Coriti successit Italus in Vetulonia vt in. 5. antiquitatũ Berofus tradit. Subiungit autem Fabius Pictor post prædicta dicens. Suscepto igitur Italus Italiẽ imperio tum filiam suam Romam nomine Siculis & Aboriginibus in Latio præfecit. quæ relicta Capena mediũ Palatinum tenuit: & in vertice vbi hæret Exquilino, Romam oppidulũ cõdidit, quod Valentiã sonat. hæc ille. Huius ergo græci seculi tempora demonstrabimus prius per Reges Larthes Italiæ in Vetulonia: deinde per subregulos, qui regnauerunt in Latio: vnde Latini duxerunt originẽ: ex quibus etiam subsecuti sunt qui Romani denominantur. Ab Italo ergo vsq; ad excidiũ Troiẽ fluxerunt anni. 448. quod ostendit ex tẽporibus ab Italo vsq; ad decimũ octauũ annũ Mezẽrij, quo anno Troia euerfa est. +48

Italus ergo Atlas regnavit annis decem & nouem.	19.
Morges annis viginti.	20.
Coritus annis triginta tribus.	33.
Iasius annis quinquaginta.	50.
Corybantus annis quadraginta octo.	48.
Turrhenus annis quinquaginta & vno.	51.
Tarcon Priscus annis viginti tribus.	23.
Abas annis quindecim.	15.
Olanus annis viginti & vno.	21.
Veibennus annis quadraginta duobus.	42.
Oscus annis triginta quatuor.	34.
Tarcon secundus annis quadraginta quatuor.	44.
Tyberinus annis triginta.	30.
Mezentius annis viginti duobus.	22.
Ex quibus cõsurgunt anni quadringenti quinquaginta duo.	452.
A quibus si subtrahas annos quatuor, quibus regnavit Mezentius post excidium Troiẽ remanent anni quadringenti quadraginta octo ab Italo ad Troiẽ, incendium.	448.

De his regibus Latini historici non tacuerunt, & eorum monumenta adhuc extant. De Italo & filio eius Morgete atq; Itali genero

Corito & eius filio Iasio: nec non & de Turrho Meone & eius filio Tarconte Prisco pleni sunt codices. De Bante vero, quem Berofus Corybantem vocat, idest hastarū Bantem inscriptio Grauisca memoriā facit. Abas à quo Abantes in Thufcia populi ad caput Abiū maritimi: perpetuum argumentum habet regionem ipsam vnde Lucumo nomine Toruus classis maritimę pro Aenea princeps fuit, vt author est Virgilius in. 10. Aeneidos denominans ipsum Toruum Abantem. Olanum ducem Thufcię fuisse, qui primus Mediolanū fundauerit, testis est Cato in fragmento. 7. originum. Veibenum cognomine Massum conseruant monumenta & vrbs in Thufcia Massę: & Coelius Veibenus à familia, vt memorat Varro in priō de lingua Latina. De Osco sunt coloniæ Osca, quę & Capua. Nam Osci sunt Capuenses, vt ait Seruius super Aeneida: & Volosca. i. antiqua Osca: & per syncopam Volosca: & Volsci populi: De Tarconte secūdo qui Cacum coniecit in Labyrinthū. Solinus etiam loquitur in Collectaneis. Tyberini patris Oeni ex fatidica Manto, à quo Albulia Tyberis dictus est, meminit Virgilius i. 8. & 10. Aeneidos: & alij authores. De Mezentio vero memoriam faciunt Lilius in primo ab vrbe condita: Dionysius item Halicarnaseus in. 2. libro. Macrobius in primo Saturnaliorum: & Virgilius in. 8. & 11. Aeneidos & deinceps. Eadem tempora supputātur per subregulos Latij ex Beroso & Manethone. Licet Manethon aliqua emendatione indigeat, vbi nō consulte locutus est: vel vbi vitio scriptorum est deprauatus.

Roma filia Itali in Latio regnauit annis quadraginta sex.	46.
Romanellus eius filius annis septuaginta & vno.	71.
Picus Priscus annis quinquaginta septem.	57.
Faunus priscus annis triginta.	30.
Annus Faunigena qui teste Sillio locauit Agillam filiam Trasimeno filio Turrho annis quinquaginta quatuor.	54.
Vulcanus annis triginta sex.	36.
Mars cognomine Ianus annis viginti tribus.	23.
Ceculus cognomine Saturnus annis triginta sex.	36.
Picus iunior annis triginta quatuor.	34.
Faunus iunior annis viginti quatuor.	24.
Latinus Aeneę postea focer annis triginta nouem.	39.
Ex quibus confurgunt anni quadringenti quinquaginta.	450.
A quibus si demas duos ānos, quibus regnauit Latinus post excidiū Troiæ, remanent anni quadringenti quadraginta octo:	448.
à Roma sub regula Latij ad euersam Troiam.	



Ab euerſa Troia uſq; ad Romulum Romę conditorę ſtanneum ſeculum nuncupari poteſt. quod ſupputatur an- 427
nis quadringentiſuigintiſeptę, ut placet Oroſio. Omiſ-
ſis igitur Italię regibus: quoniã aliqua incerta de ipſorũ
annis traduntur: verum annorum numerum oſtendemus tantum ex
Latinorum Regibus. Poſt euerſionem Troiæ ipſis Latinis, qui poſ-
tea Romani nuncupati ſunt, primus regnauit Aeneas. Dicit enim
Manethon. Anno tertio ab euerſione Troiæ Aeneas venit in Italiã
ad Latinum & Euandrũ & Thurrenos, hoc eſt anno tertio inchoato
non completo. Conſtat autem Aeneam profugum domo veniſſe ad
Latinum Aboriginum Regem: à quo primum Aborigines Latini
dici cœperunt: à Latino q; comi hoſpicio exceptus Aeneas etiã Latini
filia cõiugio accepit: vnde ortũ eſt bellũ inter Troiugenas, Abori-
gines, & Rutulos. Nã teſte Liuiο in primo ab vrbe cõd. Turnus Rex
Rutulorum, cui pacta Lauinia ante aduentum Aeneę fuerat: prela-
rum ſibi aduenam ægre ferens: ſimul Aeneę Latinoq; bellum intule-
rat. Neutra acies ex eo certamine læta abiit. Victi Rutuli: victores
Aborigines, Troianiq; ducem Latinum amiſere. Cui Latino ſuc-
ceſſit in Regnum Aeneas: q̄ ſm Manethonem regnauit annos tres:
& à Troiæ excidio ad obitum Aeneę fuerunt ſex anni, & paulo plus.
Nam inchoato ſeptimo anno accepit regnum Aſcanius: & ille an-
nus eidem attribuitur.


Post igitur euerſam Troiã tertio anno completo periit Latinus. 3.

- | | | |
|----|---|-----|
| 1 | Aeneas regnauit annos tres. | 3. |
| 2 | Aſcanius annos triginta octo. | 38. |
| 3 | Siluius poſthumus frater Aſcanij annos vigin-
tinouem. | 29. |
| 4 | Aeneas Siluius annos triginta & vnum. | 31. |
| 5 | Latinus Siluius iunior annos quinquaginta. | 50. |
| 6 | Alba Siluius annos triginta nouem. | 39. |
| 7 | Athus vel Epithus Siluius annos vigin-
tiquatuor. | 24. |
| 8 | Capis Siluius annos vigin-
tiocto. | 28. |
| 9 | Caperus Siluius annos tredecim. | 13. |
| 10 | Tyberinus Siluius annos octo. | 8. |
| 11 | Agrippa Siluius annos quadraginta. | 40. |
| 12 | Remulus ſiue Aremulus Siluius annos decem & nouem. | 19. |
| 13 | Auentinus Siluius annos triginta ſeptem. | 37. |
| 14 | Procas Siluius annos vigin-
titres. | 23. |

- 15 Amulius Siluius annos quadragintaduos. 42.
 Ex quibus confurgunt anni quadringentiuigintiseptem. 427.
 In omnibus prædictis secuti sumus Eusebiū excepto vltimo Amu-
 lio: cui Eusebius attribuit annos quadragintaquatuor: Nos autem
 in hoc imitantes Dionysium Halicarnasem, qui eius annos descri-
 bit. 42. eundem annorum numerum annotauimus, sicut etiam cō-
 putat Orosius: ex quorum computatione, vt dictum est, confurgit
 numerus annorum. 427. licet fm Eusebium & Eutropium confur-
 gant anni. 429. quorum duo supersunt anni: quos amputauimus.

De ferreo seculo.

Cap. 5.

240  Eculum ferreum dicimus tempus, quo regnauerunt Ro-
 mani Reges ab ipso primo Rege Romanorum Romu-
 lo vsq; ad pulsos Reges: quo tempore ab Eusebio enume-
 rantur anni ducenti quadraginta. Post Reges nanq; Lati-
 norum, exordium sumpserūt Romanorum Reges, Romulo primū
 arripiente regnum vi ferrea occiso. s. Amulio, Numitore, ac Remu-
 lo. Sicut enim dicit Eusebius & Eutropius: Numitor Procæ Siluii
 penultimi Regis Latinorū filius maior, à fratre Amulio regno pulsa-
 sus, in agro suo vixit: Filia eius adimendæ spei partus gratia, virgo
 Vestalis lecta: quæ cum septimo patruī sui anno geminos edidisset
 infantes, iuxta legem in terra viua defossa est. Verum paruulos pro-
 pè ripam Tyberis expositos Faustulus regiī pastor armenti ad Ac-
 cam Laurentiam suam detulit. quæ propter pulchritudinem & ra-
 pacitatem corporis sui quæstiuosa Lupa à vicinis appellabatur. Vn-
 de ad nostram vsq; memoriam: meretricum cellulæ lupanaria dicun-
 tur. Pueri cum adoleuissent collecta pastorum & latronum manu in-
 terfecto apud Albam Amulio, auum Numitorem in regnum resti-
 tuunt. Quo auo perēpto: & fratre Remulo interfecto, Romulus so-
 lus Romæ regnare cœpit & edificata iam vrbe. Nā cœpit ædificare eā
 anno. 4. sextæ Olympiadis: & anni regni eius cōputari incipiunt an-
 no primo septimæ Olympiadis postq;. s. interfecerat Amulium, Nu-
 mitorem, & Remulum, vt refert Dionysius Halicarnasens.

- | | | |
|---|--|-----|
| 1 | Romulus ergo regnauit annos trigintaseptem. | 37. |
| | Vacat regnū anno vno: quod tempus inter regnū appellatū est. | 1. |
| 2 | Numa Pompilius annos quadraginta & vnum. | 41. |
| 3 | Tullus Hostilius annos trigintaduos. | 32. |
| 4 | Ancus Martius annos vigintrittes. | 23. |
| 5 | Tarquinius Priscus annos trigintaseptem. | 37. |

- 6 Seruius Tullius annos trigintaquatuor. 34.
 7 Tarquinus superbus annos trigintaquinque. 35.
 Ex quibus confurgunt anni ducenti quadraginta. 240.
 quibus regnauerunt predicti septem Romanorum Reges, vt Eusebio placet. Cui conuenit Solinus in toto nūo annorū. z 40. simul: sed separatim aliter distribuit annos. s. Numæ. 43. Anco Martio. z 4. Seruio Tullio. 42. & Tarquino superbo. z 5. In reliquis conuenit excepto anno vno interregni post Romuli obitum: quem Numæ attribuit: ac tandem idem numerus annorum. z 40. resultat. Quidā tamen cum Dionysio Halicarnaseo dicunt Reges eosdem regnasse annos. z 44. contra veritatem publicæ fidei. Nos autem sequimur in hac probata computatione ipsum Eusebium: qui publicam fidē annalium Romanorum imitatur. Qui superaddūt quatuor annos fortasse computant annos Romuleos decem scilicet mēsiū: quos tamen eius successor Numa Pompilius emendauit, & annū ex duodecim mēsiū lunaribus instituit. Viginti enim anni duodecim mēsiū continent menses ducentos quadraginta, ex quibus fiunt anni. z 4. decem mēsiū. Non est ergo mirum si quidam authores quatuor annos addunt eo q̄ annos tunc decē mēsiū cōputauerint.

De plumbeo seculo.

Cap. 6.



Lumbeum seculum vocamus tempus Consulū Romanorum ob eorum grauitatem in regimine vr̄bis: annorū spatio quadringentorum sexagintaquatuor. Dicit enim Eusebius in libro de temporibus. Romę post exactos Reges: primum Consules duo à Bruto esse cōperunt: deinde Tribuni plebis ac Dictatores: & rursus Cōsules rem P. obtinuerunt per annos fermē quadringentos sexagintaquatuor vsq; ad Iulium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium Olympiadis centesimæ octogesima tertiæ. Idem confirmat Hieronymus in prologo super explanationes in Aggeum prophetam. Post plumbeū seculum rursus innouatum est aureum tēpore Iulij Cæsaris: vel potius tempore Octauiani Augusti: quando cōcepit monarchia Romanorum. Amputauit autem imperiū Iulius Cæsar anno primo centesimæ octogesima tertiæ olympiadis propē eiusdē anni finem: & imperauit tribus annis & septē mēsiū s̄m Iosephū lib. 1. Iudaici belli. Deinde non integris duobus annis vacauit imperiū: quod postea assumpsit Octauianus Augustus: cuius anno. 40, secūde fermē cōpleto natus est Christus. Cōsulū ergo anni fuerunt q̄dringētis sexagintaquatuor: &

446.

LIBER QVARTVS

ab imperio Cæsaris ad annum quadragesimum secundum Augusti fuerunt anni quadraginta sex. Qui simul iuncti sunt anni quingenti decem. Tunc itaq; natus est Christus, quo innouata sunt omnia tempora.

EPILOGVS.



Vnc ergo colligendi sunt anni singuli & vniuersi à mūdi creatione ad Christi natiuitatem ex prædictis seculis.

Seculū Ethnicis ignotū ante diluuiū cōtinet ānos.	1656
Aureum seculum annos.	249.
Argenteum seculum annos.	430.
Aeneum seculum annos.	448.
Stanneum seculum annos.	427.
Ferreum seculum annos.	240.
Plumbeum seculum cum additione prædicta annos.	510.
Ex quibus consurgunt anni triamillia nongentis sexaginta.	3960.

à condito videlicet orbe ad Christi natiuitatem.

Liber quartus de Caldæorū chronographia, in quo agitur de quatuor Monarchiis.

PROLOGVS.



Væ in præcedentibus duobus libris descripta sunt tempora: eadem etiam Caldæorum chronographia comprobari possunt ad maius veritatis robur. Quod in hoc quoq; libro quarto faciemus, ex quatuor Monarchiis præcipuis sibi inuicem succedentibus, videlicet ex Monarchia Caldæorum: ex Monarchia Persarum ac Medorū: ex Monarchia Alexandri magni: & ex initio Monarchiæ Romanorū.

De Monarchia Caldæorum & Regibus Babylonia. Cap. 1.



Regnum Caldæorum siue Assyriorum quod dicitur Babylonicum, initū sumpsit ab ædificatione turris Babel, vt dicit Berofus Caldæus anno ab vniuersali aquarum inundatione centesimo trigessimoprmo: & hi fuerunt eius reges, vt ipse scribit in quinto antiquitatum libro: & post eum Metasthenes Persa: & Manethon Aegyptius in supplementis ad ip/

sum Berofum.

Anno ab vniuersali diluuiio centesimo trigefimo primo.

131

- 1 Nimbrotus, qui & Saturnus filius Chus & nepos Cham regnavit inde annos quinquaginta sex. Hic vt author est Berofus in. 4. anti- 56
quitatum libro: in campo Semnaar designauit vrbē: & fundauit ma-
ximam turrim: & deduxit eam ad altitudinē & magnitudinem mon-
tium: sed non compleuit: nec designatam vrbem fundauit.
- 2 Belus qui & Iupiter eius filius regnavit annos sexagintaduos. Hic, 62
vt ait Berofus, fundamenta designata Babylonix oppidi magis q̄
vrbis erexit.
- 3 Ninus eius filius regnavit annos quinquagintaduos. Hic primus 52
monarchiam cœpit teste Beroso: & omnibus suis viribus sumptis
armis patris sui Iouis Beli, omnibus bellum intulit nulli parcens.
Hic omnium primus Babylonicum Regnū propagauit: & omniū
primus templum Belo patri: & matri Iunoni: & Rheg auix: & sta-
tuas in medio oppidi Babylonix erexit. hæc ille. Anno eius. 43. na-
tus est Abraham, vt affirmat Eusebius.
- 4 Semiramis Ascalonita yxor Nini annos quadragintaduos regna- 42
uit. Hæc, vt ait Berofus, antecessit militia, triumphis, diuitijs, vi-
ctorijs, & imperio omnes mortales. Ipsa hanc vrbem maximam ex
oppido fecit, vt magis dici possit illam ædificasse q̄ ampliassse. Ne-
mo vnquã huic foeminæ comparandus est virorum: tanta in eius
vira dicuntur & scribuntur, cum ad vituperationē, tum maxime ad
collaudationem magnifica. hæc ille. Pro sacris autem literis hæc no-
tanda videtur, q̄ Diodorus in. 3. scribit Semiramidē natam ex dea
Ascalonita: quam Dirceten, id est semipiscem vocant: eamq; dictā
Semiramidem quòd Semiramis lingua Syra dicantur aues, à qui-
bus nutrita sit & potissime columba: in quam moriens, vt fabulan-
tur, conuersa est postquam vixit annos duos & sexaginta, vt Cthe-
sias Gnidius scribit cum quadragintaduobus regnasset. Docent au-
tem sacræ literę hæc duo. Primum deā Ascalonitarū esse Dagon lin-
gua hæbreæ dictā: quã idē Hebræi piscē interpretatur. Hieronymus
vero melius piscem mœroris dici asserit. Hoc propinquius congruit
Diodoro: qui scribit eā deā cū adulterino cōcubitu peperisset Semi-
ramidē, pudore atq; mœrore ductā se se in stagnū demersisse: quæ in
piscē conuersa, vt putabatur, pro numine fuit à Palæstinis habita.
Alterū est q̄ Semiramidē. i. auē & eo colūbā Babylonij non solū pro
cōditrice vrbis Babylonix habebāt: verū etiā vt Romani Romulū
deā venerabanē. Vnde & Hier. 25. Rex Babylonix à cōditrice colū-

- ba vocat cū dī. Facta est terra eorū in desolationē à facie irē colūbe.
- 5 Zameis Ninias filius Semiramidis annos triginta octo regnavit. In 3
regno Babylónico hic parum resplendit, vt ait Berofus. Ornauit
tamen templa deorum, & Caldæos ampliavit.
- 6 Arius regnavit annos triginta: qui adiecit imperio oēs Bactrianos. 30
- 7 Aralius regnavit annos. 40. Hic, vt ait Berofus, claruit ingenio & 40
studio militari: & primus adauxit pompas, & gemas, & muliebres
delicias: año eius penultimo hoc est. 39. Phaeton cū filiis suis classe
venit in Italiā ad Maloth Thagetē Ianigenū Razenuū: & donatus
fuit parte occidentali: possedit q̄; cū sua posteritate montes & totū Eri
danū: quo tēpore Italia tribus locis arsit multis diebus circa Istros:
Cymeos: & Vesuuios: vocataq̄; sunt à Ianigenis illa loca Palésana,
id est regio cōflagrata. Sicut. n. ait Moyfes & Berofus in genealogiis
post diluuiū: Cur filius Camefis Saturni Aegyptij genuit Phaeton/
tem: quem prolatione hebræa Moyfes Phut: Aramei Phet: Latini
Phaeton p̄nunciāt. Ab hoc p̄dit Lygur, vnde & dicti sunt Lygures.
Phaetontē autē. s. Priscū primū posuisse colonias in Aegypto & Li
bya nomen est argumēto quia Libyi ante Libyū Aegyptiū Herculiē
dicebantur à duce Phutei siue Phaetontei, vt Hiero. asserit sup Geñ.
10. c. Ptolemeus quoq̄; cōmemorat in Aethiopia Aegypti urbem
Phut lur: & in Marmarica phut enuti: & in Libya Phut fluiū. Dem
de, vt ait Berofus, Phaeton anno penul imo Aralij venit in Italiā,
quo anno ibi fuit p̄dicta cōflagratio: de qua dicit Plato in Timæo.
Illa q̄; vobis quoq̄; cōperta est Phaetontē Solis filium quondā Solis
curfus ascēdisse luciferos illosq̄; exorbitasse ac incendiisse terrena, fa
bula quidē putat: sed est vera historia. Fit. n. cœlestiū lōgo circuitio
nis tēpore orbiū exorbitatio: quā vastitas cōflagrationis sequat̄ ne
cesse est. Hoc loco Plato cœlestium exorbitationē dicit fieri ex motu
accessus & recessus. quē aliqui vocāt motū trepidationis. Nos autē
p̄supposita hac emendatione tēporū cōputauimus retro cedendo p̄
tabulas Astronomicas Ioannis Lucilij & Abrahæ Zachuti ad illud
tēpus: & inuenimus hāc cōflagrationē accidisse ex coniunctiōe ferē
omniū planetarū in signo igneo in locis sulphureis, vbi facile ex calo
re accenditur ignis. Eo nāq̄; anno in fine Iulij & principio Augusti,
Sol, Saturnus, Mars, Mercurius, & Venus, fuerunt simul in Leone
signo igneo. Solus Iupiter tunc fuit in Tauro signo terreo.
- 8 Baleus cognomento Xerxes regnavit annos triginta. Hunc, vt ait 30
Berofus, appellauerunt Xersem, id est victorem & triumphatorem
quod imperauerit duplo plus gentibus q̄; Aralius. Erat enim uilitia

ferox & fortunatus: & propagauit regnum vsq; propè Indos. Huius Balei Xerxis temporibus apud Lygures Phaeton relicto filio Lygure regressus est in Aethiopiã.

- 9 Armatrites regnauit annos triginta & octo. qui vt ait Be osus, magis ad voluptates & delicias conuersus, ea quæ ad libidinẽ spectant tum inuenit, tum maxime inuenta ampliauit. 38
- 10 Belochus Priscus regnauit annos trigintaquinq;. qui idcirco à Belo sumpsit cognomen, vt ait Berofus quia cum imperiũ voluit exercere maximum pontificũ Beli Iouis: & maxime circa auspicia & diuinationes occupatus fuit eius animus. Belochus enim apud Caldeos Beli amator dicitur apud Latinos Nouissimis annis Belochi tumuit mare Atticum, & ebulliens inundauit Atticã. 35
- 11 Baleus regnauit annos. 52. Hic, vt ait Berofus, post Semiramidem supra ceteros enituit fama: splenduit imperio vsq; intra Indiam.
- 12 Althades regnauit annos trigintaduos. 32.
- 13 Manitus regnauit annos triginta 30.
- 14 Manchaleus regnauit annos triginta. 30.
- 15 Spherus regnauit annos. 20. cuius anno. 19. Moyses natus est. 20.
- 16 Mamelus regnauit annos triginta. 30.
- 17 Sparetus regnauit annos. 40. Eius anno. 4. vt ait Berofus, Athenienses regnũ exorũ sunt. Anno quoq; eius. 34. & 35. in Thessalia diluuium fuit: & in alia eorũ parte post terrẽmotũ secutũ est incẽdiũ sub quodã illoꝝ rege Phaetõte. s. Græco: q; fuit alius à Phaetonte Prisco. 40
- 18 Ascathades regnauit annos quadraginta. qui, vt ait Berofus, funditus omnem Syriã ditionis suæ fecit. Anno eius. 8. Chencres Rex Aegypti victus Hebræorum magica perit in mari. Berofus putauit Moysen arte magica signa fecisse, cum eius miracula scripture sacre virtuti diuinę attribuunt. Sed ei venia danda est tanquã ethnico qui diuina mysteria ignorauit. Perus errauit Iustinus: qui in. 36. epithomatum dixit Ioseph magum, & affirmat Moysen eius fuisse filium: eundem. & Moysen cum Hebræis viginem & scabiẽ passis ab Aegyptiis pulsum sacra Aegyptiorum furto abstulisse: Aegyptios vero illa armis repetere pergentes maximis imbribus domum redire compulso. Sed hoc mendacium verbis Berosi euertitur, qui dicit Pharaonem Chencrem non reuersum domum, sed in mari perisse. Non potuit etiam esse Moyses filius Ioseph, quoniã anteq; Moyses nascere tur sexagintaquinq; annis transactis obierat Ioseph. Moyses etiam de alia tribu. s. Leui descendit, non de tribu Ioseph, vt scriptura sacra testat. Recte autẽ scripsit de ipso Strabo lib. 6. Geographiæ dicens.

LIBER QVARTVS

Moses vnus ex Aegyptijs sacerdotibus, cum partem quandã regio-
nis haberet; ac moleste ferret eorum instituta; hinc eò commigravit.
Discessere cum eo multi, quibus diuina curæ erant. Docebat enim
ille quomodo Aegyptij non recte sentirêt: qui ferarum ac pecorum
imagines deo tribuerent; nec Græci, qui deos hominum figuris insi-
gnirent: & quòd id solum deus esset, quod nos contineret: & terram
ac mare: quod coelum & mundum & rerum omnium naturam ap-
pellamus; cuius profecto imaginem nemo sanæ mentis nostræ simi-
lem audeat effingere oportere &c. Anno autem vltimo Ascatadis, vt
ait Berofus, Atho donauit Dardanũ pte agri Meonici: & ita regnũ
Troianũ incepit. hucusq; ex Beroso. Reliquos vero Reges, q sequũ-
tur, ex Manethone Aegyptio & ex Metasthene Persa trãsumpsimus.

19	Amyntas regnavit annos quadragintaquinq;.	45.
20	Belochus iunior. s. secundus regnavit annos vigintiquinq;.	25.
21	Bellopares regnavit annos triginta.	30.
22	Lamprides regnavit annos trigintaduos.	32.
23	Sofares regnavit annos viginti.	20.
24	Lampares regnavit annos triginta.	30.
25	Panias regnavit annos quadragintaquinq;.	45.
26	Sofarmus regnavit annos decem & nouem.	19.
27	Mitreus regnavit annos vigintiseptem.	27.
28	Tautannes regnavit annos trigintaduos.	32.
29	Teuteus regnavit annos quadraginta.	40.
30	Timæus regnavit annos triginta.	30.
31	Dercilus regnavit annos quadraginta.	40.
32	Eupales regnavit annos triginta & octo.	38.
	Hucusq; Manethon: reliquos subiungit Metasthenes.	
33	Laosthenes regnavit annos quadragintaquinq;.	45.
34	Pyrithidas regnavit annos triginta.	30.
35	Osratheus regnavit annos viginti.	20.
36	Ofraganeus regnavit annos quinquaginta.	50.
37	Ascrazapes regnavit annos quadragintaduos.	42.
38	Tonosconcoleros regnavit annos quindecim.	15.

Hunc Græci Sardanapalum vocant, vt ait Metasthenes. Quoniam
vero Eusebius eosdem reges & tempora Assyriorum sequitur à Ni-
no vsq; ad Sardanapalum recipiendus est exceptis quinq; vltimis
annis. Dicenim regnasse Sardanapalum annos. 20. cum annales
Assyriorum scribant eum regnasse tantum. 15. annos, vt etiam Me-
tasthenes ex annalibus Persarum affirmat. A diluuiò ergo ad finem

Sardanapali colliguntur anni. 1483. Nam à diluuiò ad Ninũ fue¹¹⁴⁸³
runt anni. 249. A Nino vero primo Monarcha ad Sardanapali 249
mortem fuerunt anni mille ducenti trigintaquatuor: quibus cõple¹²⁴³
ta est monarchia Assyriorũ, vt patet ex annis collectis ipsoꝝ Regũ. 1483

De monarchia Medorum & Persarum. Cap. 1.



Ost Sardanapalum cõcepit Medorũ & Persarum monar-
chia bipartita inter Medos & Babylonios. Deinde reuni-
ta fuit sub primis Cyro & Dario. Cõcepit autem prædicta
Medorum monarchia bipartita hoc modo. Nam Belo-
chus tertius princeps militiæ Sardanapali prodito domino suo Sar-
danapalo partitus est cũ Medis monarchiã, vt Metasthenes enarrat
dicens. In publica Iusiana bibliotheca annales Persarũ ferunt fui-
se Belochũ tertium Sardanapali clandestinum hostem: qui eius mili-
tiæ præfectus erat. Is cum Arbace tunc Medorum principe partitus
est monarchiam ea lege, vt Belochus Babyloniam: Arbaces Medos
atq; Persas regeret. Et subiungit idem Metasthenes describẽs annos
bipartitiæ monarchiæ sic dicens. Itaq; interfecto & ex se ipso flãm-
is iniecto Sardanapalo, monarchia bipartita fuit. Apud Medos nãq;
in ea hi regnauerunt annis quatuor & trecentis videlicet.

- | | | |
|----|---|-----------|
| 1 | Arbaces vigintiocto annis regnauit. | 28. |
| 2 | Mandanes quinquaginta. | 50. |
| 3 | Sofarmon triginta. | 30. |
| 4 | Arthicarmin quinquaginta. | 50. |
| 5 | Arbianes duobus & viginti. | 22. |
| 6 | Arceus quadraginta. | 40. |
| 7 | Arthines viginriduobus. | 22. |
| 8 | Astibarum cum Apanda filio viginti. | 20. |
| 9 | Apanda solus triginta. Hunc Græci vöcant Astiagem; vt ait Diodo-
rus Siculus. | |
| 10 | Hoc deincto Cyrus & Darius regnauerunt annis trigintafex. Nã an-
te reunitã monarchiã regnauerunt in Perside annis sex. Inde aliis sex
Persico regno resignato Cambisi filio: sexennale bellũ Thamiri Re-
gine Scytharum intulerunt: sexto anno à Babyloniis euocati: atq;
Balthafare interfecto, reunitã monarchiam in Persas trãstulerunt.
Hæc ille. Si ergo sex anni bis enumerati hoc est duodecim addantur
annis prædictorũ Regum, colligentur simul anni trecenti quatuor,
quibus regnauerunt. Subiungit etiam Metasthenes dicens. Totidẽ
annis in bipartita monarchia regnatum est apud Babylonios v3. | 12
304 |

1	Phul Belochus regnavit annis quadraginta octo.	48.
2	Phul Assar, qui & Teglat Phul Assar viginti quinque.	25.
3	Salman Assar decem & septem.	17.
4	Sennacherib qui & Sargon decem.	10.
5	Assar Adon septem.	7.
6	Merodach duobus & quinquaginta.	52.
7	Ben Merodach vno & viginti.	21.
8	Nabuchodonosor primus triginta quinque.	35.
9	Nabuchodonosor magnus quinque & quadraginta.	45.
10	Amilinus cognomento Euilmerodach triginta.	30.
11	Filius huius primus Reg Assar tribus.	3.
12	Secundus filius germanus precedentis Lab Assardach, sex.	6.
13	Tertius filius etiam frater duorum precedentium Balthasar, qui non.	5.

Ex his cōsurgunt anni quatuor & trecenti, sicut in fcedētibus. 304.
 De Belocho & Arbace atq; Sardanapalo Diodorus in. 3. lib. copio-
 sissime historiam tradit: & ostendit quomodo Cthesias Gnidius in
 tēporibus monarchiē Assyriorū deficiat, nō digerēdo Reges & eorū
 noīa & tēpora: quibus quisq; regnavit. Sed in monarchia Medorū
39	Jonas. ex Philone.
40	Ioseph.
41	Iudas.

Salomon. 2. Reg. 12.	& c. 1. paral. 3.
Roboam. 3. Reg. 14.	
Abias. 3. Reg. 15.	
Afa. 3. Reg. 15.	
Iosaphat. 3. Reg. 22.	
Ioram. 4. Reg. 8.	
Ochozias qui & Ioachaz.	
2. paral. 22. In hoc defecit linea Salomonis.	

Reges ex successione.

42	Symeõ, g & Ioas & Helih. 4. Re. 11.	& ideo Matthæus ad lineam
43	Leui, qui & Amasias. 4. Reg. 14.	Nathan diuertit cum Luca
44	Mathat, g Azarias & Ozias. 4. R. 15.	relinquēs tres reges videlicet.
45	Iorim, g & Ioathan. 4. Reg. 15.	Ochoziam, Ioas, & Amasiã.
46	Heliezer, qui & Achaz. 4. Reg. 16.	
47	Iesus, qui & Ezechias. 4. Reg. 18.	
48	Ier, qui & Manasses. 4. Reg. 21.	ex Luca & ex Philone.
49	Helmadan, g & Amon. 4. Reg. 21.	& Matthæo.
50	Thosam, qui & Iosias. 4. Reg. 22.	
51	Addi qui & Ioakaz. 4. Reg. 23.	
52	Melchi, qui & Ioakim, vel Eliachim. 4. Reg. 23.	
53	Neri, qui & Ioachim, Ieconias, & Helih. 4. Reg. 24.	
54	Salathiel, qui & Mesezebeel. 1. Paral. 3. & Nem. 3.	

55 Zorobabel, q & Barachias genuit Rhesa & Abiud fratres videlicet Misciollam & Ananiam. 1. Par. 3. & Neemie. 3.

Sequitur Lucas lineam Rhesa.

Sequitur Mattheus lineam Abiud.

56 Rhesa qui & Misciollam. 1. Par. 3.

Abiud q & Ananias. 1. par. 3.

57 Ioanna ben Rhesa.

Eliachin.

58 Iudas cognomine Hyrcanus.

Azor.

59 Ioseph vel Iosephus.

Sadoch.

60 Semei, qui & Abner.

Achim.

61 Mathathias, qui & Helih.

Eliud.

62 Maat, qui & Afar.

Eleazar.

63 Nage vel Nagit, qui & Artaxat.

Mathan.

64 Helli, qui & Agai.

Iacob.

65 Naum, qui & Malloth.

Ioseph vir Marię,

66 Amos, qui & Scirach.

de qua Iesus natus est.

67 Mathathias qui & Syloa.

68 Ioseph vel Iosephus junior, q & Arfes.

69 Ianne vel Ianneus q & z. Hyrcanus.

70 Melchi.

71 Leui.

72 Mathat.

73 Helih, qui & Ioachin pater Marię.

Ex Luca: &

Syrorum libris.

74 Maria mater Christi.


75 Iesus filius eius.

Lucas ergo euangelista prosequitur generationes omnes iuxta naturam procedentes directe secundum lineam Nathan. Et incepit a patre beatę Marię virginis, qui dictus est Helih vel Ioachin: quia fuit binomius. Nam Rabbi Haccados hebreus in responsione ad petitionem tertiam Antonini consulis vrbis Rome; affirmat ex reuelatione sibi facta ab Helia parentem matris Marię duplex habiturum nomen: vnum Helih: alterum Ioachin. Et postmodum Rabbi Haccanas ait. Erat quedam puella in Berleem Iudę nomine Maria filia Ioachin, Helih de genere Zorobabelis filij Salathielis ex tribu Iuda. hec ille. Maria ergo fuit filia naturalis Helih siue Ioachin. Ioseph autem vir Marię fuit eiusdem Ioachin generi: & ex consequenti fuit eius filius legalis ex affinitate. Nam sicut Maria erat in primo gradu consanguinitatis ad patrem suum: sic & Ioseph erat in primo gradu affinitatis ad socerum, cum fuerit verum matrimonium inter Ioseph & Mariam. Idcirco Lucas dicit quod Christus putabatur filius Ioseph: qui fuit Helih scilicet filius legalis: & loco Marię ponit virum

suum secundum consuetudinem scripturarum. Matthæus vero des-
 cribit primo generationes secundum lineam Salomonis regis usque
 ad eius extinctionem: qua deficiente postea coactus est diuertere ad
 lineam Nathan: quia ex eo geniti erant regni successores, ut supe-
 rius diximus libro secundo capite nono. Et Matthæus cum Luca cō-
 uenit usque ad Zorobabel. Sed quoniam ipse Zorobabel qui & Bara-
 chias filius Salathiel genuit duos filios, videlicet Rhesa, qui dictus
 est Misicellam: & Abiud, qui dictus est Ananias: ideo Lucas prose-
 quitur lineam Nathan per filium eius Rhesa usque ad patrem Marię
 Virginis: & Matthæus eandem lineam prosequitur per filium eius
 Abiud usque ad patrē Ioseph coniugis Marię Virginis. Itaque uterque
 natus est ex semine Daud per lineam Nathan: sed per vnum ramū
 scilicet per ipsum Rhesa nata est Maria: & per alterum ramum scilicet
 per ipsum Abiud natus est Ioseph. Hęc nobis ostendit Philo he-
 bræus: & ea vberime declarat Ioannes Annius in commentariis su-
 per breuiarium eiusdem Philonis. Hanc genealogiam etiam descri-
 bit Petrus Galatinus libro septimo capite duodecimo cōtra Iudæ-
 os. Sed in hoc defecit, quod contra veritatem putauit duos fuisse Sa-
 lathieles, & duos Zorobabeles: quod non probat: sed in hoc ipse faci-
 le improbari potest: quoniam linea Salomonis septima generatione
 defecit: & in eius generatione nullus Salathiel, neque Zorobabel repe-
 ritur. Neque Ioseph potuit ex linea Salomonis descendere, quia per
 multos annos antea defecerat: sed ortus est ex linea Nathan per ip-
 sum Abiud: sicut ex eadem linea Nathan orta est Maria, sed per ip-
 sum Rhesa, ut iam diximus. Salathiel ergo, qui à Matthæo dicitur
 filius Ieconię, idem est cum Salathiele, qui à Luca dicitur filius Ne-
 ri: quia idem vir dictus est Ieconias, Neri, Ioachin, & Helih, ut Phi-
 lo testatur. Nam Ieconias, qui & Neri cognominatus est, in ipsa ca-
 ptiuitate genuit Salathiel: ex quo natus est Zorobabel: qui fuit dux
 populi mox soluta captiuitate, hoc est post septuaginta annos deso-
 lationis templi. Cum ergo Matthæus dicit: & post transmigratiōē
 Babylonis Ieconias genuit Salathiel: non est intelligendum quod
 soluta captiuitate genuerit eum: sed facta transmigratiōe in ipso
 captiuitatis tempore. Nec vrget etiam argumentum Galatini di-
 centis plures generationes esse iuxta Lucam: & pauciores iuxta Mat-
 thæum quoniam descendentes ex Rhesa citius genuerunt: & geniti
 ex Abiud tardius eis concessum est generare: ideo illi plures, isti pau-
 ciores numero fuerunt. Hanc rationem assignat Augustinus in sex-
 todecimo libro de ciuitate dei capite. 11. circa alias generationes

dicens. Non enim quia Heber sextus est à Noe, Nemrot autem quartus, ideo non potuerunt ad idem tempus conuenire viuendo. Hoc enim contigit cum plus viuerent vbi pauciores sunt generationes, minus vbi plures: aut serius nati essent vbi pauciores, maturius vbi plures. Si Petrus Galatinus totum breuiarium Philonis, & cōmentaria Ioannis Anni in eundem plene legisset: non vtiq; in hunc incidisset errorem. Cetera vero, quæ ad hanc genealogiam pertinent, idem Galatinus recte declarat. Nulla ergo dissonantia reperitur inter Matthæū & Lucā: sed vterq; verā Christi genealogiā rite descripsit.

De tempore vitæ Christi. Cap. 1.



Iesus Christus ex Maria Virgine nascitur anno ab orbe condito ferè completo ter millesimo nongentesimo sexagesimo.

3960.

A diluuiio anno bis millesimo trecentesimo quarto.

2304.

Ab Abraham anno bis millesimo duodecimo.

2012.

A lege Moyſi anno millesimo quingentesimo septimo.

1507.

A templo Salomonis inchoato anno millesimo vigesimo septimo.

1027.

Ab vrbe Roma condita anno septingentesimo quinquagesimo secundo: cui anno deficiebant quatuor ferè menses.

752

A desolatione templi anno quingentesimo octogesimo septimo.

587

Hebdomada iuxta Danielis prophetiam sexagesima quinta: anno eius sexto ferè completo.

65

Olympiade vero centesima nonagesima quarta: anno eius quarto inchoato per tres menses: hoc est à primo anno primæ olympiadis tractis annis. 775. & tribus mensibus. Ex quo patet error scriptoris in Martyrologio tam de hebdomada quàm de olympiade in die natiuitatis domini: qui corrigendus esset: quoniam ponit in eis alium numerum à prædicto secundum publicam fidem probato.

194

775

Romæ imperate Cæsare Augusto anno imperii eius quadragesimo secundo, vt affirmat Eusebius. quod etiam confirmat Orosius, qui libro. 7. ait. Augusti Cæsaris postea quàm imperare cœpit emenso prope modum anno. 42. natus est Christus.

42

Herode regnante in Iudæa anno regni eius. 32. qui fuit primus annus legitimi principatus eius, cum prius triginta & vno tyrannice regnasset, vt Philo testatur. Tunc ergo ablatum erat Regnum & datus de Iuda iuxta patriarchæ Iacob prophetiā. Inchoauerat Maria vitæ suæ annum quintumdecimum, quando peperit Christum in hyemali solstitio: octauo calendas Ianuarii hoc est die. 25. De

32

eembris: media videlicet nocte præcedente ortum Solis diei Domi-
 nicæ. Nam anno quo Christus conceptus & natus est; litera domi-
 nicalis. B. currebat: quæ in calendario Romano, quo utimur, anno-
 ratur die. 25. Decembris. Antea vero nouem mensibus cum ageret
 Maria quartumdecimum annum, ex ea de spiritu sancto conceptus
 fuerat Christus octauo calendas Aprilis, hoc est die. 25. Martii feria
 sexta, quoniam in calendario eo die annotatur litera. G. quæ tunc
 fuit feria sexta, quoniam. G. est sexta à litera. B. Conceptio autem
 Christi facta est anno tertio olympiadis. 194. in dimidio eiusdem
 tertii anni. Natiuitas vero eius fuit anno quarto eiusdem olympia-
 dis inchoato per tres menses propè finem anni quadragesimisecon-
 di Augusti Cæsaris, vt supra dictum est. A natiuitate autem domi-
 ni anni vitæ ipsius enumerandi sunt. Et primus annus domini an-
 notari debet anno quarto dictæ olympiadis cum anno. 43. Cæsar-
 is Augusti sibi concurrente. Octauo autem die à natiuitate domi-
 ni scilicet calendis Ianuarii mutata est litera dominicalis, & fuit. A.
 quæ deseruit anno primo vitæ Christi: & eo die in dominica circun-
 cisus est puer Iesus. Et quamuis ecclesia Romana incipiat enumera-
 re annos domini ab eius natiuitate: tamen Romani ciues transacta
 hebdomada à natiuitate eius annum incipiunt calendis Ianuarii,
 eo quòd Iulius Cæsar tunc anni exordium fecerit: quod est tempus
 propinquum natiuitati Christi. Die vero sexta eiusdem mensis, &
 terriadecima ab eius ortu, quæ tunc fuit feria sexta, à Magis domi-
 nus adoratur. Die autem quadragesimo ab eius natiuitate, quæ fuit
 quarto nonas, hoc est die secunda Februarii feria quinta cum ibi si-
 gnetur litera. E. quæ est quinta à litera. A. quæ illo anno fuit litera
 dominicalis: impleto tempore purgationis secundum legem Moyfi,
 Maria filium præsentauit in templo. Deinde Ioseph admonitus in
 somnis ab angelo nocte cõsurgens accepit puerum & matrem eius,
 & secessit in Aegyptum: & erat ibi vsq; ad obitum Herodis: qui de-
 cessit anno trigesimo septimo regni sui: & tunc currebat annus quin-
 tus domini. Quinq; igitur integris annis mansit in Aegypto domi-
 nus: & sexto anno domini inchoato regnante Archelao Herodis fi-
 lio: reductus est puer ex Aegypto in terram Israel.

Anno secundo iam inchoato à natiuitate domini Herodes videns
 quoniam illusus esset à Magis, qui per aliam viam redierant in re-
 gionem suam, iratus valde, vniuersos in Betleem paruulos à bima-
 tu & infra iussit interfici. Tunc autem Christus in Aegypto existens
 non potuit cum aliis pueris occidi. Inter alios infantes iussit Hero-

des etiam interfici filium proprium ex vxore sua de tribu Iuda, eo quòd diceretur iam in lege promissus Christus natus, vt Philo affirmat. Dicit etiam Macrobius in secundo Saturnaliorum. Augustus cum audisset inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Iudæorum intra bimatum iussit interfici, filium quoq; eius occisum ait. Melius est Herodis porcum esse quàm filium. hæc ille. Hoc autem dixit, quoniam Iudæi porcina carnem non comedunt. Putauit autem Augustus feliciorẽ porcum Herodis non occisum quàm filium eius morti traditum. Herodes igitur, cum regnasset annos tri- 5
gintaseptem morbo intercutis atq; scateutibus toto corpore ver- 6
mibus miserabiliter & digne moritur. In cuius locum filius eius Archelaus ab Augusto substituitur; & tetrarchæ fiunt quatuor fratres eius, Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus.

Anno duodecimo vitæ suæ currente dominus Iesus ascendit cum 1 2
parentibus in Hierusalem ad celebrandum pascha: & completis die-
diebus festiuitatis remansit puer Iesus in templo in medio docto-
rum audiens illos & interrogans: & post triduum à parentibus eum
quærentibus repertus est. Eo anno luna quintadecima primi men-
sis, in qua celebratur pascha Iudæorum, fuit die vigesimosexto Mar-
tij in sabbato: quoniam ille annus fuit bissextilis in literis. C. B. &
die vigesimosexto Martij signatur. A. litera, quæ est septima à domi-
nicali. B. litera secunda, quæ post literam. C. peracto bissexto subse-
quitur in reliquis eiusdem anni mensibus. Archelaus anno regni sui
nono in Viennam urbem Galliæ relegatur: & tunc Iudæorum prin-
cipatum tenet Herodes tetrarcha annis vigintiquatuor, cuius pri-
mus annus annotatur cum anno domini quintodecimo.

Anno ab vrbe condita septingentesimosexagesimoseptimo, Augu- 1 5
stus moritur: & Tiberius imperium recepit: cuius primus annus
annotatur cū anno domini sextodecimo videlicet anno tertio olym-
piadis. 193. In codicibus Eusebij de tēporibus vitio scriptorū (vt 1 6
puto) non recte annotatur mors Augusti, & initium imperii Tibe-
rij Cæsaris: quod nos emendauimus ex eodem Eusebio, qui dicit
Christum passum āno Tiberij decimo octauo, anno videlicet quar-
to olympiadis. 202. Si ergo retroc. sseris per annos Tiberij, reperies
primum annum eius debere annotari anno sextodecimo Christi: vt
etiam sanctus Antoninus affirmat in chronicis suis. Eclipsis etiam,
quæ annotatur in codicibus Eusebij propè mortem Augusti, descri-
benda erat anno secundo Tiberij. Consyderandum est etiam, quòd
Eusebius in libro suo nō signauit annos domini; sed ex annis olym-

piadum intelligi possunt. Qui autem librum eius primum impressioni dedit, adiunxit ibi annos domini incipiens ab āno tertio olympiadis. 194. cum incipere debuisset ab anno quarto. s. à natiuitate domini, vnde sumuntur anni vitæ Christi. Hinc est quòd in prædictis libris impressis, āni domini deinceps per ānos plures vno anno antecedunt: quos in nostro hoc opere nos emēdatos descripsimus.

- 27 Anno dñi. 27. Pontius Pilatus pcurator Iudææ à Tiberio mittitur.
- 30 Anno. 15. imperii Tiberii Cæsaris cum Iesus inciperet trigésimum annum, à Ioanne in Iordanis flumine baptizatur. 8. Idus Ianuarii hoc est die. 6. eiusdem. & quoniam eo anno currebat litera dominicalis. A. patet Christum baptizatum fuisse feria sexta, sicut eadē die Veneris fuerat in infantia à Magis adoratus. Tunc ipse Iesus, vt dicitur Lucæ. 3. erat incipiēs quasi annorum. 30. quia impleuerat annum. 29. die. 25. præcedētis Decembris; & ipse inde baptizatus est die. 6. Ianuarii proxime sequētis, vt Romana celebrat ecclesia. Itaq; iam inceperat annum trigésimum spatio dierū. 13. Post baptismū ductus est in desertum, vbi ieiunauit. 40. diebus ac noctibus. & inde cœpit prædicationem suam: quam prolongauit confirmās eam stupendis miraculis tribus annis & totidem mensibus. Anno. 30. Christi iuxta computationē domini Pauli episcopi Forosempromiēsis in 7. libro secundę partis: apud Iudæos paschalis mēsis oppositio, quā quintādecimam lunam vocant secundum mediū cursum, quo Hebręi vtūtur ad ciuitatem sanctam Hierusalem, fuit die. 6. Aprilis in Iouis die, eo quòd eo āno litera dominicalis fuerit. A. quę signatur in calēdario die. 2. Aprilis. Ergo die. 6. vbi signaf lra. E. fuit feria. 5.
- 31 Anno domini. 31. luna. 15. paschalis mēsis fuit die. 26. Martij & litera dominicalis. G. quę tunc fuit dies Lunę.
- 32 Anno autem domini. 32. luna. 15. paschalis mēsis fuit die. 13. Aprilis in dñica, quā fuit annus bissextilis in literis. F. E. cū eodē die 13. signetur in calēdario lra. E. quę fuit pro eo tempore dñicalis.
- 33 Anno vero. 33. vitę suę inchoato per tres mēses & paulo amplius, dominus Iesus in cruce passus est, videlicet āno quarto olympiadis 202. Tunc quoq; currebat annus. 18. Tiberii Cæsaris, authoribus, Eusebio, Hieronymo, Augustino, Eutropio, & Beda. Reprobātur in hoc Africanus & Tertullianus: qui dicunt Christum passum anno 15. Tiberii: quod est penitus falsum, & contra euangelicam veritatem, cum Lucas dicat Christum baptizatum anno. 15. Tiberii & inde tribus annis & totidem mensibus, vt dictum est, prædicauerit. Quidam autem Græci putant Christum passum vltorius per annū

scilicet anno vitæ suæ. 34. inchoato per tres menses decimo calendas Aprilis, hoc est die. 23. Martii, quia tunc fuit luna. 15. primi mensis. Nonnulli vero Latinorum partim secuti sunt Græcos putantes eum. 34. anno vitæ suæ passum: partim ab eis dissentiunt dicentes eum passum. 8. calendas Aprilis, hoc est die. 25. Martii. Sed hi omnes proculdubio errauerunt, non solum contradicentes historiographis, vt recte nos per ipsos computauimus: sed etiam veritatē euangelicam destruētes. Nam iuxta euangelium Christus nō venit legem soluere, sed adimplere. Secundum ergo legem quæ præcipit Exod. 12. vt comedatur agnus paschalis luna. 14. primi mensis ad vesperam: Christus eadem. 14. luna, pascha cum discipulis suis comedit iuxta legis edictum. Nam dicitur Lucæ. 22. Venit autē dies azimorum, in qua necesse erat occidi pascha &c. Tunc autem luna. 14. fuit feria quinta. Die vero sequenti scilicet luna. 15. Christus in cruce passus est feria sexta, cum dicatur Marci. 15. Erat autem parasceue, quod est ante sabbatū scilicet quando crucifixus est. Duo ergo secundū veritatem euangelicam firmiter tenēda sunt, videlicet quōd Christus passus est luna. 15. & quōd tunc erat feria sexta, vt etiā sancta Romana ecclesia celebrat Christi passionē die Veneris. Anno autem. 34. vitæ Christi quamuis luna. 15. primi mensis fuerit die. 23. Martij, vt Græci computant: non tamen tunc fuit feria sexta: sed feria tertia, vt patet per tabulam literarum dominicalium, quam absoluto hoc opere domino concedente scribemus, & in tabulis sequentibus annotabimus. Sic ergo Græci errauerunt considerantes tantum lunam & non feriam. Similiter defecerunt quidam ex Latinis prædictis: quoniam eo anno. 34. Christi non solum luna 15. nō fuit. 25. die Martii: quæ tunc fuit luna. 17. sed nec tunc fuit feria sexta: sed feria. 5. & ideo manifestus est eorū error contra sanctū euangeliū. Vt ergo saluemus euāgelicam veritatē, dicimus Christū passum anno. 33. vitæ suæ inchoato, quia tunc fuit simul luna. 15. & feria. 6. Nā eo anno. 33. luna prima primi mēsis fuit die 20. Martii: & luna paschalis. 15. fuit die. 3. Aprilis Sole existente in. 10. gradu Arietis: & Luna ei opposita in. 10. gradu Libræ iuxta verā cōputationem s̄m mediū motū, quo vtunt̄ Hebræi. Eo igit̄ die fuit feria. 6. qm̄ eo anno fuit litera dñicalis. D. & die. 3. Aprilis assignatur litera B. quæ tunc fuit feria. 6. Sed euangelistæ non nominant diem tertium Aprilis: quia discipuli Christi non vtebantur calendario Romano stabili & fixo sicut modo nos vtimur: sed sequebantur menses lunares mobiles iuxta Hebræos: qui nominant dies mensis ab

grate Lunæ. Et ideo passionis Christi diem secundum Lunam descri-
 pserunt. Quare iuxta menses Iudæorum lunares & mobiles Chri-
 stus passus est die. 15. primi mensis, qui ab Hebræis dicitur Nisan.
 Hic autem primus mensis iuxta æquinoctium vernale, apud nos di-
 citur Martius, ut Romulus decreuit. Nam ipse est primus à Septē-
 bri: Octobri & cæteris. Vnde illa fuit lunatio Martii: quæ partim
 fuit in Martio: & partim in Aprili. Hinc orta est cōmunis omnium
 opinio, quod Christus in Martio passus est: quia in lunatione Mar-
 ti crucifixus est: quæ est prima lunatio æquinoctii vernalis, licet in-
 grediatur in mensem Aprilis. Propterea celebrat ecclesia pascha resurre-
 ctionis dominicæ iuxta ordinem seruatum à Christo, scilicet quan-
 doq; in Martio: quandoq; in Aprili iuxta lunæ motum, videlicet in
 dominica sequente post quartadecimā Lunam primi mensis: & præ-
 cedenti feria sexta celebrat Christi passionem. Cōmunis etiam opi-
 nio fidelium est iuxta sententiā Cyrilli, quod Christus eo die passus est
 quo & conceptus: Quæ vera est si referatur ad diē hebdomadis: quia
 sicut feria sexta conceptus est: ita & eadem feria sexta passus est. Sed
 non est vera si referatur ad diem mensis: quia die. 25. Martii conce-
 ptus: & die. 3. Aprilis passus est. Eo autem die, quo passus est domi-
 nus, Sol contra cursum naturæ eclipsim passus est, ut euangelia testā-
 tur à sexta videlicet hora vsq; ad nonam. Hanc mirabilem eclipsim
 vidit Dionysius Areopagita in Aegypto existens ante suam conuer-
 sionem, ut ipse testatur in epistola ad Polycarpū. De qua eclipsi scri-
 psit etiam Phlegon olympiadarum egregius supputator in. 14. lib.
 ita dicens. Quarto autē anno ducentesimo secundæ olympiadis ma-
 gna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio So-
 lis est facta. Dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, ut stel-
 læ coelo visæ sint. hæc ille. Tertia vero die à sua passione, hoc est die
 dominica quinta die Aprilis Christus à mortuis resurrexit. Itaq; fe-
 stum Sabbati seruatum prius apud Hebræos: postea cōmutatum est
 in sequentem diem, Dominicam apud Christi fideles propter domi-
 nicæ resurrectionis gloriam. Deinde, 40. die à sua resurrectione ascen-
 dit in cælum feria. 5. die. 14. Maii. Demum, 24. die eiusdem mensis
 misit paraclitum spiritum in discipulos in die pentecostes: quæ fuit
 quinquagesima dies à gloriosa eius resurrectione: & fuit dies Domi-
 nica. Vixit autem Christus annos trigintaduos menses tres: & dies
 decem: & vitam temporalem compleuit anno. 33. vitæ suæ. Ab in-
 carnatione vero sua vsq; ad mortem fluxerūt anni pleni trigintatres
 & dies decem, ut ex præcedenti computatione manifestum est.



X annorum vera computatione, quam in secundo libro descripsimus: facile cognoscere possumus mysterium hebdomadam Danielis. c. 9. impletum esse in Christo. Multi laborauerunt, vt hoc arduum mysteriū cognoscerent: & inter se discrepantes varia & diuersa scripserunt, vt testatur Hieronymus in Danielis explanatione: pluresq; inter eos non potuerunt inuenire determinatum tempus tam exordii quā termini earundē hebdomadam: quoniam secuti sunt vitiatas & corruptas chronographias. Nos autem sūm p̄s̄fatam emendatam rationem temporū has hebdomades facillime sic declaramus. Hebdomadem in diuinis literis duobus modis tantum accipi nouimus. Primo quidem pro numero septem dierum, vt scribitur Leuit. 23. Numerabis septē hebdomadas plenas vsq; ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est quinquaginta dies. Et Danielis. 10. Ego Daniel iugebam triū hebdomadarum diebus. Secundo pro numero septem annorum Leuit. 25. Numerabis quoq; tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septē, quæ simul faciunt quadraginta nouē &c. Non describit Daniel. 70. hebdomades dierum, quoniam diebus quadringentis nonaginta vaticinium eius adimpletum esset: quod nullo authore probatur: sed enumerat. 70. hebdomades annorum: quæ continent annos solares quadringentos nonaginta: vt ferē omnes approbant. Ad inquirendum autem quo tempore incipiant p̄dictæ hebdomades, consideranda sunt tria tempora. Primum tempus est, quando hoc mysterium Danieli reuelatum est: quod mox fuisse dicimus extincta monarchia Babyloniorum interfecto eorum Rege Balthasare: & inchoata monarchia Persarum & Medorum anno primo Darij filij Assueri, vt scribitur Dan. 9. capite. Secundum tempus est, quando Iudæis concessa est licentia solū ædificandi templum: ante constructionem ciuitatis Hierusalem: quod affirmamus fuisse anno primo Cyri Regis Persarum post Darij mortem, vt patet. 1. Esdræ. 1. & anno secundo fundatum est templum, vt scribitur 1. Esdræ. 3. Completum est autē ædificium ipsius templi anno sexto Darij Longimani filij Prisci Artaxerxis Assueri, vt scribitur. 1. Esdræ. 6. Hic Darius Longimanus dictus est etiam cōmuni appellatione Artaxerxes: sicut imperatores Romani dicebantur Cæsares. Ab anno autem primo Darij & Cyri simul regnantium, quando soluta est captiuitas vsq; ad annum. 6. Darij Longimani fuerunt an-

2 ni quinquaginta. Nam Darius & Cyrus simul regnauerunt duobus
 22 annis. Cyrus inde solus vigintiduobus. Priscus Artaxerxes Assuerus
 20 viginti. Anno vero sexto Darij Longimani completum est templū.
 6 Ex quibus colligūtur simul anni. 50. A quibus si demātur quatuor
 50 anni, hoc est duo Darij cum Cyro regnantis, & duo Cyri solus im-
 perantis, cū eiuldem Cyri anno secundo iacta sint fundamenta tem-
 pli, vt dictum est: inde restant anni quadraginta sex: Quo tempore
 intermedio fabricatum est templum: Quare Iudæi dixerunt Io. 2.
 Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc. Aliqui ta-
 men putant duobus annis prius inceptum fuisse templum: sed id
 reprobatur falsum ex eo quod iacta sunt fundamenta templi anno
 secundo Cyri non Darij, vt patet. 1. Esdræ. 3. Tertium tempus est,
 quando data est licentia Iudæis ædificandi ciuitatem: quod fuisse
 dicimus post reedificatum templum annis tredecim penitus transa-
 ctis, anno scilicet vigesimo incipiente prædicti Darij Longimani.
 Tunc enim concessa est ab eo licentia Neemię reedificandi ciuita-
 tem Hierusalem, vt scriptum est Neemię secundo. Ex illo igitur tem-
 pore computandæ sunt septuaginta hebdomades prædictæ, vt ma-
 nifeste Danielis. 9. c. eidem ab angelo exprimitur dum ait, Scito er-
 go, & animaduerte ab exitu sermonis, id est à cōcessa licentia sermo-
 ne Regis, vt iterum ædificetur Hierusalem vsq; ad Christū ducē &c.
 Non enim dicit, ab exitu sermonis tibi à Deo reuelari: nec ab exitu
 sermonis, vt iterum ædificetur templum: sed ab exitu sermonis, vt
 iterum ædificetur Hierusalem ciuitas, quæ post templum reedifica-
 ta est. Et ideo non à reuelatione facta Danieli: nec à templi reedifica-
 tione: sed à licentia data ex ore Regis ad ædificandum iterum Hie-
 rusalem: prædictæ hebdomades numerandæ sunt: sicut recte enume-
 rat sanctus Antoninus in prima parte Chronicæ suæ titu. 3. ca. 8.
 Africanus autem (quem secutus est Beda) recte incipit enumerare
 ipsas hebdomades: sed non verum terminum eis posuit: tū ob men-
 dosas chronicas, quibus vsus est: tum etiam quia distinxit annos
 duodecim lunationum, cum solares annos accipere debuisset. He-
 bræi enim vtūtur annis solaribus: quia licet habeant annos lunares
 duodecim scilicet lunationum: tertio tamen anno habent tredecim
 lunationes: & sic per embolismum reducuntur ad annos solares duo
 præcedentes lunares. Nicolaus vero de Lyra in prima sua expositio-
 ne super Daniele recte inceptit & compleuit. Sed post aliquod tem-
 pus, quia vsus est falsis chronicis, aliam expositionem non secundū
 veritatem composuit. Suiq; autem retractationis non habuit sufficiē-

res rationes, non solum propter ætatem Mardochei, quam non putavit ita longævam, vt pervenisset vsq̃ ad annum duodecimum magni Artaxerxis Assueri: quãdo ab eo exaltatus est, vt patet Hester. 3. sed etiam propter mendosas chronicas, quas imitatus est. Facile autem eius rationes solvuntur. Nam de ætate Mardochei fidelissime ita loquitur Philo hebræus in breuiario temporum. Mardocheus decem & octo annis ætatem Isaac sepravit. Isaac autem vixit annis centum octoginta, vt scribitur Gene. 35. Ergo Philo affirmat Mardocheum vixisse annos centum nonaginta octo. Sicut autem dicitur Hester. 2. c. Mardocheus cum Ieconia in Babylone translatus est. Ieconie autem transmigratio facta est anno octavo magni Nabuchodonosor, vt scribitur. 4. Reg. 24. Tunc ferè impletus erat annus primus olympiadis. 45. iuxta emendatam chronographiam Ioannis Anni & nostram. Ab anno autem primo ferè exacto predictæ. 45. olympiadis vsq̃ ad annum duodecimum. Assueri magni Artaxerxis, qui fuit anno secundo olympiadis. 93. fluxerunt olympiades. 48. & annus vnus: ex quibus consurgunt anni. 193. Mardocheus vero vixit annos. 198. vt dictum est. Ergo excessit numerum predictum annorum. 193. annis quinque. In ipsa igitur transmigracione Mardocheus poterat esse infans annorum quatuor vel trium vel duorum: vel etiam vnus: quoniam ducti sunt in Babylonem parentes cum filiis tam adultis quã etiam infantibus. Si autem ductus fuisset in captiuitatem Babyloniæ anno. 19. Nabuchodonosor, quãdo facta est desolatio: tunc potuisset esse annorum. 15. Si vero translatus fuisset anno eiusdem Nabuchodonosor. 23. quando Nabuzardan princeps militiæ ipsius, transtulit animas Iudæorũ septingentas quadraginta quinque, vt scribitur Hieremiæ ultimo: tunc potuisset esse annorum. 19. Sed quomodoquẽ hoc accipiatur, patet Mardocheum adhuc viuentem esse anno. 12. Assueri. Et sic soluta est ratio de ætate Mardochei, quæ inualida est: nec erat necesse, vt tunc esset annorum. 259. vt ex dictis patet. Mendosæ insuper chronographiæ fefellerunt Nicolaum de Lyra: ideo in secunda sua expositione, non recte initium hebdomadum Danielis statuit anno quarto Sedechiæ Regis: quando Hieremiæ reuelatum est captiuitatem Babylonicam duraturam annis. 70. vt scribitur Hierem. 28. & 29. Nam ab anno quarto exclusiue Ieconie: qui erat annus primus ferè completus olympiadis. 46. vsq̃ ad natiuitatem Christi: quæ fuit completo anno tertio olympiadis. 194. fluxerunt olympiades. 148. & vterius anni duo: ex quibus resultant anni quingenti nona

gintaquatuor: qui superant numerū annorum. 490. qui continentur in. 70. hebdomadibus: & excedunt annis centum quatuor. Igitur si. 70. hebdomades cōputandę essent ab anno quarto Sedechię: utiq; completę fuissent annis centum quatuor ante Christi natiuitatem: quod non conuenit computationi suę, cum dicat in Christi passione ipsas hebdomades terminum & finem habere. Prima ergo eius expositio magis veritati consonat. Similiter deceptus est dominus Paulus Burgensis: qui secundam expositionem Nicolai de Lyra, & Raimundi & Martini sequitur quantum ad exordium harum hebdomadum: adiungēs rationibus Nicolai de Lyra rationem aliā facile solubilem. Dicit enim initium harum hebdomadū non posse rationabiliter assignari in aliquo tempore sequēte tempus, quo hęc reuelatio facta est Danieli. s. anno primo Darij: eo quod ipse Daniel nullam certitudinem habuisset de tempore, quo ea quę petebat, impleri debucrant. Sed hoc facile soluitur, si cōsideretur tam reuelatio facta Hieremię de temporalis solutione captiuitatis Babylonice cōpletis annis. 70. quā reuelatio facta Danieli de spūali liberatione ac redemptione humani generis per Christum in dimidio septuagesimę & vltimę hebdomadis annorum. Nam quarto anno Sedechię ipsi Hieremię reuelatum est tempus captiuitatis annorū. 70. in Babylonem: non tamen tunc vel antea incepit hoc tempus: sed postea septem annis, videlicet vndecimo anno Sedechię: & .19. Nabuchodonosor, quando facta est desolatio templi. Tunc enim fuit horum annorum initium, vt idem Hieremias pandit Hierem. 25. & .34. vt supra libro. 2. c. 11. diximus. & Daniel id etiam exponit. qui Dan. 9. c. ait. Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum de quo factus est sermo domini ad Hieremiam prophetam, vt complerentur desolationis. 70. anni. Non vocat eos annos transmigrationis: nec annos reuelati verbi Hieremię: sed annos desolationis, id est à desolatione incipientes: qui completi sunt eo tempore quo destructa est monarchia Caldęorum per Darium & Cyrū. Similiter completis annis. 70. captiuitatis Babylonice, Danieli reuelatum est tempus hebdomadum. 70. quarum initium non fuit quando ei hoc reuelatum est: nec antea quando Hieremię alia & diuersa reuelatio facta est de captiuitate Babylonica: sed post annos sexagintatres, anno. s. 20. inchoato Darij Longimani, quando licentiam dedit edificandi ciuitatem Hierusalem. Nam sicut initium annorum. 70. reuelatum est Hieremię incipiendum postea à templi desolatione: ita & initium hebdomadum. 70. reuelatum est Danieli incipiendum postmodum

ab eo

ab eo tempore, quo verbo Regis egressura erat licentia ædificandi ciuitatem. Quod tempus futurum pro earum initio angelus expresse ac manifeste insinuauit, cum dixit, vt scribitur Dan. 9. Scito & animaduerte ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem &c. Quod ergo fuit Danieli futurum, hoc nobis iam impletum cernitur. Nec erat necesse, vt Daniel vsq; ad illud tempus ædificationis templi viueret, quoniam angelus ita certum id initium futurum reuelauit, ac si tunc vita præsens existeret. Non enim semper prophetæ futura quæ prædicunt vident impleta, dum viuunt: sed aliis videnda describunt: licet etiam aliqua ab eis prædicta quandoq; impleta cernunt, dum ipsi vitam ducunt. Nunc reuertamur ad veram expositionem. Ab initio igitur vigesimi anni Darii Longimani dicti Artaxerxis numerus annorum prædictarum hebdomadum sumendus est vsq; ad Christi passionem & completam humani generis redemptionem. Dicit ergo Angelus Danieli decisas & determinatas esse à Deo septuaginta hebdomades: quas in tres partes distinguit, scilicet in septem & in sexaginta duas: quæ simul iunctæ fiunt. 69. atq; adiungit in calce vltimam: ex quibus omnibus cõsurgunt. 70. hebdomades. Hanc autem vltimam hebdomadem diuidit per medium, dum ait quod in medio huius vltimæ hebdomadis, deficiet hostia & sacrificium. Primæ igitur septem hebdomades, hoc est anni. 49. tempus continent, quo ciuitas Hierusalem ædificata & ampliata est: & liberatus est Iudeorum populus à periculo mortis: & exaltatus per Hester & Mardochæum: hoc est à principio vltimi anni pontificis Iesus filij Iosedech, qui mortuus est in fine illius anni, quo iam fundata erat ciuitas. s. anno. 20. iam completo Darii Longimani vsq; ad reliquos. 48. annos, quibus secundo fuit pontifex filius eius Ioachin: quo tempore Regina Hester ad Regnum exaltata populum suum à mortis periculo liberauit, vt in libro Hester scribitur. In hoc tempore impletæ fuerunt septem hebdomades, hoc est anni. 49. vt ex dictis manifestum est. Deinde sexagintaduæ hebdomades post septem prædictas complentur in baptismo domini: quando apertum est cœlum, & descendit spiritus sanctus super eum: & vox patris intonuit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Tunc enim manifestatus est filius dei & dux populi verus Christus à Deo inunctus. Vnde & Danieli ab Angelo dicitur. Vsq; ad Christum ducẽ hebdomades septem & hebdomades sexagintaduæ erunt, quæ simul iunctæ fiunt. 69. hoc est anni quadringentioctoginta tres. Si ergo computaueris annos ab eo tempore quo mortuo Ioachin pontifice, ac

cepit pontificatum Eliasib vsq; ad Christi baptismū completo an-
 no domini. 29 .reperies interfuisse sexagintaduas hebdomades, hoc
 est annos. 434. Nam ab Eliasib pontifice ad Alexandrum magnū
 79 fuerunt anni. 79. Ab Alexandro ad Iudam Machabæum. 164. A
 I 64 Iuda ad Christi natiuitatem. 162. vt superius ex lib. 2. patet. Qui-
 I 62 bus adduntur anni. 29. vitæ Christi vsq; ad eius baptismum. Om-
 29 nes igitur simul collecti fiunt anni. 434. Deniq; vltima hebdomas
 434 vsq; ad eius dimidium spectat ad Christi prædicationem: & salutis
 humanæ redemptionem, quæ completa sunt per ipsum Christum
 dimidio hebdomadis, hoc est annis tribus cum dimidio. Quo tē-
 pore dominus Iesus prædicauit, miracula fecit, passus est, resurrexit,
 ascendit in cælum, & spiritum paraclætum in filios adoptionis ef-
 fudit. Itaq; in dimidio huius hebdomadis vltimæ defecit hostia &
 sacrificium veteris legis per Christi mortem, dum ipse obtulit se
 Dco hostiam & sacrificium in ara crucis, in qua consumata sunt
 omnia, cum ipse in cruce dixerit. Consumatum est, scilicet myste-
 rium humanæ redemptionis in lege prædictum & præfiguratum.
 Sed & plenissime defecit hostia veteris legis in die pentecostes, cum
 apostoli induti sunt virtute ex alto, visibili missione spiritus sancti:
 quod fuit in dimidio huius hebdomadis, videlicet anno Christi
 trigésimotertio in dimidio currente. Residuum vero huius vltimæ
 hebdomadis pertinet ad prædicationem apostolorū in ipsa Iudæa
 antequā per totum orbem diffunderentur: quæ impleta est tribus
 annis & dimidio hoc est vsq; ad. 36. annum domini penitus com-
 pletum. qui erat vigésimus primus annus Tiberii Cæsaris: & vigés-
 imus secundus Herodis Tetrarchæ: qui Iacobum fratrem Ioānis,
 gladio interfecit, Si ergo computaueris annos ab ædificatione Hie-
 rusalem: cuius fundamenta iacta sunt in principio anni secundi
 olympiadis. 81. qui erat annus. 20. Darii Longimani: & computa-
 tionem deduxeris vsq; ad annum domini. 36. qui completus est an-
 no. 3. desinente olympiadis. 203. reperies intercessisse olympiades
 centum vigintaduas & dimidiam: ex quibus cōsurgunt anni. 490.
 hoc est hebdomades integræ septuaginta. Siquis autē per has heb-
 domades voluerit Iudæos conuincere ex traditione Talmudistarū:
 quæ ab eis recipitur licet falsum in annorum computatione conti-
 neat: poterit has hebdomades inchoare à quarto anno Sedechiæ,
 sicut Petrus Galatinus computat contra eos libro. 4. c. 15. & 16.
 non quidem ad rei veritatem comprobādam: sed ad eorum proter-
 vum refellendam. Vnde iuxta eam traditionem, quam ipsi veram

putant, ille ostēdit has hebdomades in Christi morte completas. Qui vero per approbatas chronographias de his hebdomadibus veram inuenire cupit rationem, oportet vt earum annos enumeret ab initio vigesimi anni Darii Longimani vsq; ad completam per Christum humani generis redemptionē: sicut & facit idem Petrus Galatinus in eodem. 4. libro capite. 16. qui computat. 69. hebdomades cum dimidia, hoc est ānos. 486. & dimidium ab eo tempore ad Christi passionem. Licet autem præfatus Galatinus totā summam annorum simul integram vere complectatur: in hoc tamen defecit, quòd proprios annos singulorum regum Persarum: & regum Alexandriae Aegypti nō exprimit iuxta probatam veritatem: sed vni Regi plures, alteri pauciores annos ad libitum tribuit: summam tamen annorum, vt diximus, recte cōcludit. Si enim legisset Metasthenem Persam publice fidei authorē: & Ioannis Anni emēdatam chronographiam: vnicuiq; proculdubio Regi Persarum: & Alexandro magno, ac cæteris Regibus Aegypti, attribuisset proprios annos: quos nos collegimus superius libro. 4. c. 2. Ex quibus patet quòd ab initio vigesimi anni Darii Longimani ad Alexandrum fuerunt anni. 128. Ab Alexandro ad mortem Cleopatraz anni. 297. Inde vero vsq; ad Christi passionem āni sexaginta & vnus & ferè dimidium. Ex quibus confurgunt anni. 486. & dimidium qui cōtinentur in hebdomadibus. 69. & dimidia in qua defecit hostia & sacrificium per Christi mortem.

128
297
61. ¹ / ₂
<hr style="width: 100%; border: 0.5px solid black;"/>
486. ¹ / ₂

Liber octauus de Romanis Pontificibus.

P R O L O G V S.



Christus assistens pontifex futurorum bonorum, reliquit suum primum vicarium in terris pontificem maximum Petrum Apostolum: Post quem plures alii successerunt: de quibus in hoc octauo libro dicendum est. In hac tamen descriptione Romanorum pontificum, non sequimur Eusebium eo quòd intermittat duos pontifices martyres de catalogo pontificum scilicet Cletum, & Marcellum. Nam loco Cleti annotat Anaclerum ante Clementem: cum tamen Cle-

tus Romanus immediate præcesserit Clementē: & Anacletus Græ-
 cus mox post Clementem successerit: vt manifeste apparet ex ponti-
 ficali Damasi Papæ: qui sequitur publicam & probatam fidem anna-
 lium Romanæ ecclesiæ, cui præsidebat. Sic etiam in canone Missæ
 ordinatæ Lini Cleti Clementis memoria recolitur. Omittit etiam
 Eusebius Marcellum pontificem martyrem: qui Marcellino imme-
 diate successit: vt patet in eodem pontificali Damasi. Non est mirū
 Eusebium in hoc defecisse eo quòd suo tempore nōdum erat editus
 prædictus Damasi pontificalis. Postea enim Hieronymus presbyter,
 qui transtulerat Eusebium de temporibus: & hunc eius errorem re-
 pererat: rogauit eūdem Damasum per literas, vt ederet librum pon-
 tificum Romanorum: quod & fecit. Itaq; propterea circa ordinem
 & numerum pontificum non Eusebium: sed Damasum sequimur.
 Considerandum est etiam quòd inter duos pontifices martyres. s.
 Felicem primum: & Euthicianum quidam scriptores ponūt Marcū
 confessorem non martyrem: & dicunt eum sedisse annos. 8. menses
 duos, dies decem: & sepultum esse Romæ in ecclesia, vbi fuerat pre-
 sbyter ordinatus. Sed hoc est contra authorem publicæ fidei. s. Da-
 masum, qui illius nō meminit in catalogo pontificum. Magis enim
 creditur, quātum ad hoc, Damaso pōtifici: qui de archiuis ecclesiæ
 Romanæ id accepit: q̄ ceteris scriptoribus qui per opiniones ad li-
 bitum scripserunt. Nec obstat quòd aliqui dicūt hunc Marcum in-
 termissum ex eo quòd non fuerit martyr: quoniam in eodem ponti-
 ficali Damasi describuntur nō solum pontifices martyres: sed etiam
 alii confessores, vt patet de Syluestro & Marco, qui ei successit & de
 aliis pluribus. Ex eo etiam quòd dicunt illum sedisse annos octo, pa-
 tet hoc tempus esse confictum: quoniam Felix & Euthicianus sede-
 runt tempore Aureliani imperatoris, vt scribit Damasus. Aurelia-
 nus autem imperauit annis quinque & mēibus sex, vt dicit Eusebius
 & Eutropius. Impossibile est ergo, vt inter Felicem & Euthicianum
 fuerit pontifex, qui sederit ānis. 8. Vnde nos putamus ipsum fuisse
 presbyterum: vel si fuit pontifex, possumus dicere ipsum fuisse ponti-
 ficem. i. episcopum alterius diocesis: & Romæ defunctum iacere. Li-
 cet autem in pontificali Damasi recte describatur ordo & numerus
 Romanorum pontificum: tamen vitio scriptorum, numeri anno-
 rum, mensium, & dierum deprauati sunt. Ab aliis etiā authoribus
 post Damasum, videlicet ab Anastasio bibliothecario, à Martino,
 Vincentio, Antonino, Matthæo Palmerio, Platina, & Cartusiensi
 in fasciculo temporum tanta inter se diuersitate & dissonātia descri-

buntur eorundem pontificum tempora: vt vix ex eis veritas cognosci possit. Nos autem ad emendationem ipsorum temporum collegimus ea sigillatim in annis mēſibus & diebus ex Martyrologio & aliis authoribus & libris antiquis emendatis simul collatis ad ipsum, ingenti ac maximo labore atq; sudore: ita vt quādoq; noctes ferē duceremus infomnes ad inuestigandum non solum annorum & mensium: sed etiam dierum singula tempora.

Sequuntur ipsi pontifices Romani.

- 1 **P**etrus apostolorū princeps natione Galilæus post Christi resurrectionem ab eo institutus est vicarius ipsius: & summus ecclesiæ pastor & pontifex, cum ei tunc à domino dictum sit: pascue oues meas. Mansit primo Petrus in Iudæa: deinde fundauit ecclesias Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, vt ex eius prima epistola canonica manifeste apparet: quousq; impleretur quintus annus à resurrectione domini. Deinde Antiochenam fundauit: ecclesiā anno domini. 38. Ibiq; cathedram adeptus sedit annos septem. Deniq; Romam veniens anno domini. 45. ibidē sedit annos. 25. menses duos & dies tres, vt scribitur in pontificali Damasi. Si autem computemus totum tempus sui pontificatus à Christi resurrectione: quæ vt libro. 7. dictum est, fuit die. 5. Aprilis vsq; ad ipsius martyrium: quod fuit die. 29. Iunii: inueniuntur omnes pontificatus eius esse annos triginta septem: menses duos: & dies viginti quatuor, cum à prædicto die. 5. Aprilis vsq; ad diem. 29. Iunii intermedium sint præfati dies. 24. & menses duo supra. 37. annos. Peruenit autem vsq; ad annū domini septuagesimum, vt ex dicta cōputatione probatur.
- 2 Linus Tuscius ex Volaterra ciuitate Tusciæ, vt Raphael Volaterranus affirmat: patre Herculano è domo Maurorum: sedit annos vndecim: menses duos: dies viginti quatuor vsq; ad diem. 23. Septembris anno domini octogesimo primo.
- 3 Cletus Romanus sedit annos vndecim: menses septē: dies tres vsq; ad diem. 26. Aprilis anno dñi. 93. Vacat sedes diebus. 20.
- 4 Clemens primus Romanus sedit annos nouem: menses sex: dies septē: vsq; ad diē. 23. Nouēbris anno do. 102. Vacat sedes d. 21.
- 5 Anacletus Græcus Atheniēsis sedit annos nouem: menses sex: dies 29. vsq; ad diem. 13. Iulii anno dñi. 112. Vacat sedes. d. 13.
- 6 Euaristus Græcus ex patre Iudæo nomine Iuda: de ciuitate Betleem: sedit annos nouē, mēses tres, diem vnum vsq; ad diem. 26. Octo-

- bristanno domini. 121. Vacat sedes diebus. 19. 121
- 7 Alexander primus Romanus; fedit annos septē mēses quinque; dies
19. vsq; ad diē. 3. Maij anno dñi. 129. Vacat sedes diebus. 25. 129
- 8 Xystus primus Romanus fedit annos nouem; menses decē; dies. 9.
vsq; ad d. 6. Aprilis anno domini. 139. Vacat sedes d. 2. 139
- 9 Thelesphorus Græcus ex Anacorita fedit annos decē, mēses. 8. d.
27. vsq; ad d. 5. Ianuarij an. do. 150. Vacat sedes d. 7. 150
- 10 Iginus Græcus Atheniensis ex philosopho fedit annos quatuor, di-
em. 1. vsq; ad d. 11. Ianuarij an. d. 154. Vacat sedes d. 3. 154
- 11 Pius primus Italus de ciuitate Aquileia fedit annos nouem; men-
ses. 5. d. 27. vsq; ad d. 11. Iulij an. do. 163. Vacat sedes d. 17. 163
- 12 Anicetus Syrus fedit annos. 9. men. 8. d. 19. vsq; ad diē. 16. Apri-
lis anno domini. 173. Vacat sedes diebus. 17. 173
- 13 Soter Campanus è Fundis fedit annos. 9. d. 20. vsq; ad diem. 23.
Maij an. do. 182. Vacat sedes d. 21. 182
- 14 Eleuterius Græcus de oppido Nicopoli fedit an. 14. menses. 11. d.
8. vsq; ad diem. 25. Maij an. do. 197. Vacat se. d. 5. 197
- 15 Victor primus Afer fedit annos. 9. men. 10. & d. 21. vsq; ad d. 20.
Aprilis anno domini. 207. Vacat sedes d. 12. 207
- 16 Zepherinus Romanus fedit an. 7. d. 17. vsq; ad d. 26. Augusti an.
domini. 214. Vacat sedes d. 6. 214
- 17 Calistus primus Romanus fedit an. 6. men. vnū; d. 13. vsq; ad diē
14. Octobris anno d. 220. Vacat sedes d. 6. 220
- 18 Urbanus primus Romanus fedit an. 4. men. 7. d. 5. vsq; ad d. 25.
Maii anno dñi. 225. Vacat sedes d. 30. 225
- 19 Pontianus Romanus fedit an. 9. men. 4. d. 26. vsq; ad d. 20. Nouē
bris an. d. 234. Vacat sedes d. 10. 234
- 20 Antherus Græcus fedit an. 5. men. 1. d. 3. vsq; ad d. 3. Ianuarij an/
no d. 239. Vacat sedes d. 13. 239
- 21 Fabianus Romanus fedit an. 13. d. 4. vsq; ad diem. 20. Ianuarij
anno domini. 252. Vacat sedes d. 7. 252
- 22 Cornelius Romanus fedit an. 2. men. 7. di. 18. vsq; ad d. 14. Setē/
bris an. do. 254. Vacat sedes d. 35. 254
- 23 Lucius primus Romanus fedit annos. 2. m. 10. d. 6. vsq; ad diem
25. Augusti anno dñi. 257. Vacat sedes d. 35. 257
- 24 Stephanus primus Romanus fedit an. 7. m. 10. d. vnū; vsq; ad diē
2. Augusti anno d. 265. Vacat sedes d. 22. 265
- 25 Xystus. 2. Græcus & phus fedit an. vnū. m. 11. d. 13. vsq; ad diē. 6.
Augusti anno d. 267. Vacat sedes d. 35. 267

- 26 Dionysius monachus sedit an. 6. m. 3. d. 17. vsq; ad diem. 26. Decembris an. d. 273. completo. Vacat sedes d. 5. 273
- 27 Felix primus Romanus sedit annos. 2. men. 4. d. 30. vsq; ad d. 30. Maii an. d. 275. Vacat se. d. 5. 275
- 28 Euthicianus Thuscus de ciuitate Lunæ sedit an. vnū mē. 6. d. 4. vsq; ad d. 8. Decembris an. d. 276. Vacat se. d. 8. 276
- 29 Gaius Dalmatinus ex genere Diocletiani imperatoris se. an. 10. m. 4. d. 7. vsq; ad d. 22. Aprilis an. d. 287. Vacat se. d. 11. 287
- 30 Marcellinus Romanus sedit an. 6. m. 11. d. 23. vsq; ad d. 26. Aprilis an. d. 294. ex persecutione maxima Diocletiani. Vacat sedes an. 7. m. 6. d. 25. vsq; ad d. 20. Nouembris anno domini trecen- 294
tesimoprimo. 301
- 31 Marcellus Romanus sedit an. 5. m. vnum, dies. 27. vsq; ad d. 16. Ianuarii, anno domini. 307. Vacat sedes d. 20. 307
- 32 Eusebius Grecus sedit an. 3. men. 7. d. 27. vsq; ad d. 2. Octobris anno d. 310. Vacat se. d. 7. 310
- 33 Melchtiades Afer sedit an. 4. men. 2. dies duos vsq; ad d. 11. Decembris an. d. 314. Vacat se. d. 16. vsq; ad diem. 27. Decembris inci- 314
piente anno domini. 315. Omnes præfati. 33. pontifices marty- 315
rio coronati sunt.
- 34 Syluester primus Romanus sedit annos. 23. d. 4. vsq; ad d. 31. Decembris, anno d. 338. Vacat se. dies. 15. 338
Eius tempore anno dñi. 322. congregatum est conciliū Nicenū.
- 35 Marcus Romanus sedit an. 2. men. 8. d. 23. vsq; ad diem. 7. Octobris anno domini. 340. Vacat sedes d. 20. 340
- 36 Iulius primus Romanus sedit an. 15. men. 5. di. 16. vsq; ad di. 12. Aprilis anno d. 356. Vacat se. d. 25. 356
- 37 Liberius Romanus sedit prius canonice annos. 6. men. 3. d. 4. vsq; ad annum domini. 362. & missus est in exilium à Constantio; & 362
anno, postmodum tertio reuocatus est in pontificatum.
- 38 Felix secundus interim sedit annum vnum. m. 3. d. 2. vsq; ad an. d. 364. qui & martyrio coronatur die. 29. Iulij. 364
Liberius inde: qui à quibusdam dictus est Leo; hæresi Arrianc cō-
sentiens sedit annos sex vsq; ad annum domini. 369. 369
Hactenus ex pontificali Damasi: hinc ex Anastasio bibliotheca-
rio. & Prospero pontifices describemus.
- 39 Damasus primus Hispanus sedit an. 18. m. 3. d. 11. vsq; ad d. 11. Decembris an. d. 387. Vacat sedes d. 21. Sedit autem regnanti- 387
bus Valentiniano & Valente imperatoribus; licet aliqui velint

LIBER VIII.

- Damasum sub Iuliano papam factum: tamen id ex supputatione An. d.
 annorū destruitur, cū Damasus vsq; ad Theodosij peruenerit tem
 pora. Nā p̄sente Damaso & Theodosio Cōstantinopolitanū Cō
 ciliū cōtra Macedoniū indictū est, vt Ioānes Nauclerus affirmat.
- 40 Siricius Romanus fedit an. 14. men. 3. d. 23. vsq; ad d. 24. Apri
 lis anno domini. 401. Vacat sedes d. 2. 401
- 41 Anastasius primus Romanus fedit an. 3. diem vnū. vsq; ad d. 27.
 Aprilis anno dñi. 404. Vacat sedes d. 21. 404
- 42 Innocentius primus Albanus fedit an. 15. m. 2. d. 11. vsq; ad di.
 28. Iulij anno dñi. 419. Vacat sedes d. 22. 419
- 43 Zosimus Grecus fedit an. 2. m. 6. d. 4. vsq; ad d. 23. Februarij an
 no dñi. 422. Vacat sedes d. 11. 422
- 44 Bonifacius primus Romanus fedit an. 3. m. 7. vsq; ad d. 25. Octo
 bris anno dñi. 425. Vacat sedes d. 9. 425
- 45 Coelestinus primus Campanus fedit an. 8. mē. 5. d. 3. vsq; ad d. 6.
 Aprilis anno dñi. 434. Vacat sedes d. 21. 434
- 46 Xyltus. 3. Romanus fedit an. 9. d. 19. vsq; ad d. 16. Maij anno dñi
 443. Vacat sedes d. 20. 443
- 47 Leo primus Thuscus fedit annos. 20. men. 10. d. 6. vsq; ad d. 11.
 Aprilis anno dñi. 464. Vacat sedes d. 7. 464
- 48 Hilarius Sardus fedit an. 6. m. 10. d. 3. vsq; ad d. 21. Februarii an
 no domini. 471. Vacat sedes d. 10. 471
- 49 Simplicius Tiburtinus fedit an. 15. vsq; ad d. 3. Martij anno dñi
 485. Vacat sedes d. 6. 485
- 50 Felix. 3. Romanus fedit an. 6. m. 11. d. 12. vsq; ad d. 21. Februarij
 anno dñi. 494. Vacat sedes d. 5. 494
- 51 Gelasius primus Afer fedit an. 6. m. 10. d. 24. vsq; ad d. 22. Ianua
 rij anno dñi. 499. Vacat sedes d. 7. 499
- 52 Anastasius. 2. Romanus fedit annū vnū m. 9. d. 21. vsq; ad d. 19.
 Nouembris anno dñi. 501. Vacat sedes d. 4. 501
- 53 Simacus Sardus fedit an. 15. m. 7. d. 26. vsq; ad d. 19. Iulij anno
 domini. 517. Vacat sedes d. 7. Schisma fuit inter ipsum & Lau
 rentium: Sed p̄ualuit Simacus primo à maiori parte electus. 517
- 54 Hormisda Campanus fedit an. 9. d. 11. vsq; ad d. 6. Augusti anno
 domini. 526. Vacat sedes d. 8. 526
- 55 Ioānes primus Thuscus fedit an. 2. m. 9. d. 14. vsq; ad d. 28. Maij
 anno dñi. 529. Vacat sedes men. 2. d. 28. 529
- 56 Felix. 4. Samnius fedit an. 4. m. 1. d. 17. vsq; ad d. 12. Octobris an
 no dñi. 533. Vacat sedes d. 3. 533

- 57 Bonifacius. 2. Romanus sedit annū vnū: m. 11. diem vnū: vsq; ad An. d.
d. 16. Septembris anno dñi. 535. Vacat sedes m. 2. d. 15. 235
- 58 Ioannes. 2. Romanus sedit annum vnū: m. 5. d. 26. vsq; ad d. 27.
Maij anno domini. 537. Vacat sedes d. 6. 537
- 59 Agapitus primus Romanus sedit annum vnū: m. 3. d. 15. vsq; ad
d. 17. Septembris anno dñi. 538. Vacat se. m. 1. d. 28. 538
retcalari propter biffextum receptum, anticipat fedem fuã respectu biffexti præteriti per minuta. 4. z. fecũda, 5 6. Patet ergo quo die calendarij Romani, poni debet æquinoctiũ vernale: quod primi mensis definitionem & paschæ rationem ingreditur. Nam hac tẽpẽstate conuenienter locari potest die. 10. Martij, quia vt plurimum in eo contingit. Et nox illa, quæ sequitur diem decimum Martij hac tẽpẽstate est horarum duodecim. Quãobrem dies vndecimus Martij erit idoneus pro paschæ celebratione, si ætas lunæ consenserit. Ex qua computatione Alphonsina patet, q̃ quibusq̃ centum triginta duobus annis, æquinoctia atq̃ solstitia amueipant sedes suas ad diẽ vnum: licet Albategni hoc ponat q̃busq̃ centum sex annis.


De æquinoctio autumnali.

H Abito de æquinoctio vernali: erit etiam in promptu æquinoctium autumnale. Semper enim æquali interuallo distant vñ delictet per dies. 187. horas. 0. minuta. z 6. exempli gratia. Si Sol ingressus fuerit æquinoctiũ vernale die decima Martij in meridie: ingredietur eodem anno æquinoctium autumnale die. 13. Septembris ad. z 6. minuta post meridiem. Et si Sol ingressus fuerit æquinoctium vernale die vndecima Martij in meridie: ingredietur æquinoctium autumnale eodẽ anno die. 14. Septembris post meridiem minutis. z 6. Sicq̃ in cæteris. Cum ergo Sol pertranseat totum zodiacum in diebus. 365. cum quadrante feret sequitur q̃ tardius pertranseat vnã medietatem zodiaci q̃ aliam in diebus nouem propter ecentricum. Nã à principio Arietis ad principium Libræ propter intermediam augem peragit cursum suũ diebus. 187. A capite vero Libræ ad caput Arietis propter oppositionem augis cursum peragit diebus. 178.

Additio extraordinaria de ventis cœli.

Venti cœli. 16. distinguntur: quorum quatuor sunt cardinales & principales à quatuor cœli plagis procedentes. Nã in oriente æquinoctiali est ventus Apeliotes uel Subsolanus. In occidente æquinoctiali est Zephyrus uel Fauonius. In Septentrione Aparrias uel Aquilo. In Meridie Notus uel Auster. Quatuor etiam alij sunt præcipui: qui mediij sunt per eadẽ distantiam inter prædictos quatuor. Nam inter oriẽtem & Meridiẽ

est Scilochus. Inter meridiem & occidentem est Garbinus vel Libecius. Inter occidentem & septentrionem est ventus magistralis. Inter septentrionem & orientem est Græcus. Octo vero inter omnes prædictos inferuntur: quorum duo sunt ex parte orientali: vnus videlicet à dextris orientalis æquinoctialis in orientali æstiuo: qui dicitur Vulturus vel Cecias. Alter à sinistris in orientali hyemali: qui dicitur Eurus. Duo vero similiter per oppositum. Nam in occidentali hyemali est Libs vel Aphricus. In occidentali æstiuo est Corus, vel Argestes, siue Iapix. Duo autem sunt septentrionales. Vnus à dextris septentrionis, qui dicitur Trascias vel Circius. Alter à sinistris, videlicet Boreas. Et hi duo sunt in circulo arctico in polo zodiaci. Duo vero similiter per oppositum in circulo antarctico. A dextris quidem Euronotus: à sinistris vero Libonotus: vt apparet in sequenti effigie.



*De cyclo magno continente annos. 247. per quem Hebraei
hac tempestate pascha suum inquirunt.*



Via iuxta supputationes Gamalielis hebraei, lunationes omnes redeunt post tredecim cyclos lunares ad eandem feriam & horam ferè, in qua prius facta fuerunt: iō Iudei tabulam constituerunt ad inueniendum pascha eorum & oīa legis festa numero annorum. 247. quoniā post. 247. annos oīa festa legis redeunt eodē modo sicut prius celebrata fuerunt: sicut pascha nostrum iuxta canones ab ecclesia hactenus obseruatos redit semper post annos. 532. eodem modo sicut celebratū fuit. In hac igitur tabula prima colūnula ad sinistrā continet annos dñi. Secūda annos à creatione mundi s̄m hebraicā veritatem, licet ipsi Hebrei minuunt sibi annos ducētos tpe nostro. Tertia aureum numerū cycli lunaris: quē Hebrei obseruant. Quarta feriā, qua ānus s̄m Hebreos incipiet in neomenia mēsis Tisri hoc est septimi. Quinta q̄litate anni an sit cōis vel embolismicus: & an sit mediocris: & s̄m ordinem anni lunaris, an sit die vno exerescens, an die vno deficiens. Sexta feriam diei paschalis hebraeorum, vt sequens descriptio docet.

Anni dñi	Anni mūdi	Cyclus lunaris	Feria neomeniæ āni	Qualitas anni	Feria paschæ
1501	5461	17	tertia	embolismus ordinat ⁹	septima
1502	5462	18	secunda	cōmunis abundans	quinta
1503	5463	19	septima	embolismus deficiens	tertia
1504	5464	1	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1505	5465	2	secunda	cōmunis abundans	quinta
1506	5466	3	septima	embolismus abundans	quinta
1507	5467	4	septima	cōmunis deficiens	prima
1508	5468	5	tertia	cōmunis ordinatus	quinta
1509	5469	6	septima	embolismus abundans	quinta
1510	5470	7	septima	cōmunis abundans	tertia
1511	5471	8	quinta	embolismus deficiens	prima
1512	5472	9	tertia	cōmunis ordinatus	quinta
1513	5473	10	septima	communis abundans	tertia
1514	5474	11	quinta	embolismus abundans	tertia
1515	5475	12	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1516	5476	13	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1517	5477	14	quinta	embolismus abundans	tertia
1518	5478	15	quinta	cōmunis ordinatus	septima

Anni dñi	Anni mūdi	Cyclus lunaris	Feria neo- menie āni	Qualitas anni	Feria pasche
1519	5479	16	secunda	cōmunis abundans	quinta
1520	5480	17	septima	embolismus deficiens	tertia
1521	5481	18	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1522	5482	19	secunda	embolismus abundās	septima
1523	5483	1	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1524	5484	2	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1525	5485	3	secunda	embolismus abundās	septima
1526	5486	4	secunda	cōmunis abundans	quinta
1527	5487	5	septima	cōmunis deficiens	prima
1528	5488	6	tertia	embolismus ordinat ⁹	septima
1529	5489	7	secunda	cōmunis abundans	quinta
1530	5490	8	septima	embolismus deficiens	tertia
1531	5491	9	quinta	cōmunis abundans	prima
1532	5492	10	tertia	cōmunis ordinatus	quinta
1533	5493	11	septima	embolismus abundās	quinta
1534	5494	12	septima	cōmunis abundans	tertia
1535	5495	13	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1536	5496	14	secunda	embolismus deficiens	quinta
1537	5497	15	septima	cōmunis abundans	tertia
1538	5498	16	quinta	cōmunis mediocris	septima
1539	5499	17	secunda	embolismus deficiens	quinta
1540	5500	18	septima	cōmunis abundans	tertia
1541	5501	19	quinta	embolismus abundans	tertia
1542	5502	1	quinta	cōmunis mediocris	septima
1543	5503	2	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1544	5504	3	quinta	embolismus abundans	tertia
1546	5505	4	quinta	cōmunis mediocris	septima
1545	5506	5	secunda	cōmunis abundans	quinta
1547	5507	6	septima	embolismus deficiens	tertia
1548	5508	7	quinta	cōmunis mediocris	septima
1549	5509	8	secunda	embolismus abundās	septima
1550	5510	9	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1551	5511	10	quinta	cōmunis abundans	prima
1552	5512	11	tertia	embolism ⁹ mediocris	septima
1553	5513	12	secunda	cōmunis abundans	quinta
1554	5514	13	septima	cōmunis deficiens	prima
1555	5515	14	tertia	embolism ⁹ mediocris	septima

Anni dñi	Anni mūdi	Cyclus lunaris	Feria neo/ menie āni	Qualitas anni.	Feria pasche
1556	5516	15	secunda	cōmunis abundans	quinta
1557	5517	16	septima	cōmunis abundans	tertia
1558	5518	17	quinta	embolismus deficiens	prima
1559	5519	18	tertia	cōmunis mediocris	quinta
1560	5520	19	septima	embolismus abundās	quinta
1561	5521	1	septima	cōmunis abundans	tertia
1562	5522	2	quinta	cōmunis mediocris	septima
1563	5523	3	secunda	embolismus deficiens	quinta
1564	5524	4	septima	cōmunis abundans	tertia
1565	5525	5	quinta	cōmunis mediocris	septima
1566	5526	6	secunda	embolismus deficiens	quinta
1567	5527	7	septima	cōmunis abundans	tertia
1568	5528	8	quinta	embolismus abundans	tertia
1569	5529	9	quinta	cōmunis mediocris	septima
1570	5530	10	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1571	5531	11	quinta	embolismus abundans	tertia
1572	5532	12	quinta	cōmunis mediocris	septima
1573	5533	13	secunda	cōmunis abundans	quinta
1574	5534	14	septima	embolismus deficiens	tertia
1575	5535	15	quinta	cōmunis mediocris	septima
1576	5536	16	secunda	cōmunis abundans	quinta
1577	5537	17	septima	embolismus abundās	quinta
1578	5538	18	septima	cōmunis deficiens	prima
1579	5539	19	tertia	embolismus mediocris	septima
1580	5540	1	secunda	cōmunis abundans	quinta
1581	5541	2	septima	cōmunis abundans	tertia
1582	5542	3	quinta	embolismus deficiens	prima
1583	5543	4	tertia	cōmunis mediocris	quinta
1584	5544	5	septima	cōmunis abundans	tertia
1585	5545	6	quinta	embolismus deficiens	prima
1586	5546	7	tertia	cōmunis mediocris	quinta
1587	5547	8	septima	embolismus abundās	quinta
1588	5548	9	septima	cōmunis abundans	tertia
1589	5549	10	quinta	cōmunis mediocris	septima
1590	5550	11	secunda	embolismus deficiens	quinta
1591	5551	12	septima	cōmunis abundans	tertia
1592	5552	13	quinta	cōmunis mediocris	septima

Anni dñi	Anni mñdi	Cyclus lunaris	Feria neo- menię āni	Qualitas anni	Feria pasche
1593	5553	14	secunda	embolismus abundās	septima
1594	5554	15	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1595	5555	16	quinta	cōmunis mediocris	septima
1596	5556	17	secunda	embolismus abundās	septima
1597	5557	18	secunda	cōmunis abundans	quinta
1598	5558	19	septima	embolismus deficiens	tertia
1599	5559	1	quinta	cōmunis mediocris	septima
1600	5560	2	secunda	cōmunis abundans	quinta
1601	5561	3	septima	embolismus deficiens	tertia
1602	5562	4	quinta	cōmunis mediocris	septima
1603	5563	5	secunda	cōmunis abundans	quinta
1604	5564	6	septima	embolismus abundās	quinta
1605	5565	7	septima	cōmunis deficiens	prima
1606	5566	8	tertia	embolism ⁹ ordinatus	septima
1607	5567	9	secunda	cōmunis abundans	quinta
1608	5568	10	septima	cōmunis abundans	tertia
1609	5569	11	quinta	embolismus deficiens	prima
1610	5570	12	tertia	cōmunis ordinatus	quinta
1611	5571	13	septima	cōmunis abundans	tertia
1612	5572	14	quinta	embolismus abundans	tertia
1613	5573	15	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1614	5574	16	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1615	5575	17	quinta	embolismus abundans	tertia
1616	5576	18	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1617	5577	19	secunda	embolismus deficiens	quinta
1618	5578	1	septima	cōmunis abundans	tertia
1619	5579	2	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1620	5580	3	secunda	embolismus abundās	septima
1621	5581	4	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1622	5582	5	quinta	cōmunis abundans	prima
1623	5583	6	tertia	embolism ⁹ ordinatus	septima
1624	5584	7	secunda	cōmunis abundans	quinta
1625	5585	8	septima	embolismus deficiens	tertia
1626	5586	9	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1627	5587	10	secunda	cōmunis abundans	quinta
1628	5588	11	septima	embolismus deficiens	tertia
1629	5589	12	quinta	cōmunis abundans	prima

Anni dñi	Anni mūdi	Cyclus lunaris	Feria neo- menię āni	Qualitas anni.	Feria paschæ
1630	5590	13	tertia	cōmunis ordinatus	quinta
1631	5591	14	septima	embolismus abundās	quinta
1632	5592	15	septima	cōmunis abundans	tertia
1633	5593	16	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1634	5594	17	secunda	embolismus deficiens	quinta
1635	5595	18	septima	cōmunis abundans	tertia
1636	5596	19	quinta	embolismus deficiens	prima
1637	5597	1	tertia	cōmunis ordinatus	quinta
1638	5598	2	septima	cōmunis abundans	tertia
1639	5599	3	quinta	embolismus abundans	tertia
1640	5600	4	quinta	cōmunis ordinatus	septima
1641	5601	5	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1642	5602	6	quinta	embolismus abundans	tertia
1643	5603	7	quinta	cōmunis mediocris	septima
1644	5604	8	secunda	embolismus deficiens	quinta
1645	5605	9	septima	cōmunis abundans	tertia
1646	5606	10	quinta	cōmunis mediocris	septima
1647	5607	11	secunda	embolismus abundās	septima
1648	5608	12	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1649	5609	13	quinta	cōmunis abundans	prima
1650	5610	14	tertia	embolismus ² mediocritis	septima
1651	5611	15	secunda	cōmunis abundans	quinta
1652	5612	16	septima	cōmunis deficiens	prima
1653	5613	17	tertia	embolismus ² mediocris	septima
1654	5614	18	secunda	cōmunis abundans	quinta
1655	5615	19	septima	embolismus abundās	quinta
1656	5616	1	septima	cōmunis deficiens	prima
1657	5617	2	tertia	cōmunis mediocris	quinta
1658	5618	3	septima	embolismus abundās	quinta
1659	5619	4	septima	cōmunis abundans	tertia
1660	5620	5	quinta	cōmunis mediocris	septima
1661	5621	6	secunda	embolismus deficiens	quinta
1662	5622	7	septima	cōmunis abundans	tertia
1663	5623	8	quinta	embolismus deficiens	prima
1664	5624	9	tertia	cōmunis mediocris	quinta
1665	5625	10	septima	cōmunis abundans	tertia
1666	5626	11	quinta	embolismus abundans	tertia

Anni dñi	Anni mūdi	Cyclus lunaris	Feria neo/ menie āni	Qualitas anni	Feria paschæ
1667	5627	12	quinta	cōmunis mediocris	septima
1668	5628	13	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1669	5629	14	quinta	embolismus abundans	tertia
1670	5630	15	quinta	cōmunis mediocris	septima
1671	5631	16	secunda	cōmunis abundans	quinta
1672	5632	17	septima	embolismus deficiens	tertia
1673	5633	18	quinta	cōmunis mediocris	septima
1674	5634	19	secunda	embolismus abūdans	septima
1675	5635	1	secunda	cōmunis abundans	quinta
1676	5636	2	septima	cōmunis deficiens	prima
1677	5637	3	tertia	embolismus mediocris	septima
1678	5638	4	secunda	cōmunis abundans	quinta
1679	5639	5	septima	cōmunis abundans	tertia
1680	5640	6	quinta	embolismus deficiens	prima
1681	5641	7	tertia	cōmunis mediocris	quinta
1682	5642	8	septima	embolismus abundās	quinta
1683	5643	9	septima	cōmunis deficiens	prima
1684	5644	10	tertia	cōmunis mediocris	quinta
1685	5645	11	septima	embolismus abundans	quinta
1686	5646	12	septima	communis abundans	tertia
1687	5647	13	quinta	communis mediocris	septima
1688	5648	14	secunda	embolismus deficiens	quinta
1689	5649	15	septima	communis abundans	tertia
1690	5650	16	quinta	communis mediocris	septima
1691	5651	17	secunda	embolismus abūdans	septima
1692	5652	18	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1693	5653	19	quinta	embolismus abundās	tertia
1694	5654	1	quinta	cōmunis mediocris	septima
1695	5655	2	secunda	cōmunis abundans	quinta
1696	5656	3	septima	embolismus abundans	tertia
1697	5657	4	quinta	cōmunis mediocris	septima
1698	5658	5	secunda	cōmunis abundans	quinta
1699	5659	6	septima	embolismus deficiens	tertia
1700	5660	7	quinta	cōmunis abundans	prima
1701	5661	8	tertia	embolism ⁹ mediocris	septima
1702	5662	9	secunda	cōmunis abundans	quinta
1703	5663	10	septima	cōmunis deficiens	prima

Anni dñi	Anni mūdi	Cyclus lunaris	Feria neo/ menie āni	Qualitas anni	Feria paschæ
1704	5664	11	tertia	embolism ⁹ mediocris	septima
1705	5665	12	secunda	cōmunis abundans	quinta
1706	5666	13	septima	cōmunis abundans	tertia
1707	5667	14	quinta	embolismus deficiens	prima
1708	5668	15	tertia	cōmunis mediocris	quinta
1709	5669	16	septima	cōmunis plenus	tertia
1710	5670	17	quinta	embolismus plenus	tertia
1711	5671	18	quinta	cōmunis mediocris	septima
1712	5672	19	secunda	embolismus deficiens	quinta
1713	5673	1	septima	cōmunis plenus	tertia
1714	5674	2	quinta	cōmunis mediocris	septima
1715	5675	3	secunda	embolismus deficiens	quinta
1716	5676	4	septima	cōmunis plenus	tertia
1717	5677	5	quinta	cōmunis mediocris	septima
1718	5678	6	secunda	embolismus plenus	septima
1719	5679	7	secunda	cōmunis deficiens	tertia
1720	5680	8	quinta	embolismus plenus	tertia
1721	5681	9	quinta	cōmunis mediocris	septima
1722	5682	10	secunda	cōmunis plenus	quinta
1723	5683	11	septima	embolismus deficiens	tertia
1724	5684	12	quinta	cōmunis mediocris	septima
1725	5685	13	secunda	cōmunis plenus	quinta
1726	5686	14	septima	embolismus deficiens	tertia
1727	5687	15	quinta	cōmunis abundans	prima
1728	5688	16	tertia	cōmunis mediocris	quinta
1729	5689	17	septima	embolismus abundans	quinta
1730	5690	18	septima	cōmunis deficiens	prima
1731	5691	19	tertia	embolismus mediocris	septima
1732	5692	1	secunda	cōmunis abundans	quinta
1733	5693	2	septima	cōmunis abundans	tertia
1734	5694	3	quinta	embolismus deficiens	prima
1735	5695	4	tertia	communis mediocris	
1736	5696	5	septima	communis abundans	
1737	5697	6	quinta	embolismus abundans	
1738	5698	7	quinta	communis mediocris	
1739	5699	8	secunda	embolismus deficiens	
1740	5700	9	septima	communis abundans	

Anni dñi	Anni mñdi	Cyclus lunaris	Feria neo/ menię ani	Qualitas anni
1741	5701	10	quinta	cōmunis mediōris.
1742	5702	11	secunda	embolismus deficiens
1743	5703	12	septima	cōmunis abundans
1744	5704	13	quinta	cōmunis mediocris
1745	5705	14	secunda	embolismus abundans
1746	5706	15	secunda	cōmunis deficiens
1747	5707	16	quinta	cōmunis abundans.

Deuolutis autem annis prędictis. z 47. redeundum est ad princi-
pium tabulę & sic deinceps in perpetuum.

Tabula capitum sequentis opusculi.

- De tempore vitæ & mortis Christi.c. 1.
 De anno & calendario.c. 2.
 De initio annorum domini.c. 3.
 De varietate mensium.c. 4.
 De cyclo lunari decennouennali.c. 5.
 De cyclo solari ex litera dominicali & bissexto proueniente.c. 6.
 De tempore Olympiadum.c. 7.
 De annis imperatorum Romanorum tempore Christi computatis ab vrbe condita.c. 8.
 Solutio quæstionis.c. 9.
 Noua opinio erronea.c. 10.
 Solutio rationum deficientium.c. 11.
 Totus vitæ Christi verum tempus.c. 12.
 Obiectio & responsio.c. 13.

Tabula iuxta literas Alphabeti.

- Annus & calendarium.c. 2.
 Anni exordium.c. 2.D.
 Annorum domini initium.c. 3.
 Baptismus Christi.c. 12.C.
 Bissexus.c. 6.
 Calendarium triplex.c. 2.
 Christi vitæ & mortis tempus.c. 1.
 Chronographi non errauerunt.c. 11.
 Cyclus lunaris.c. 5.
 Cyclus solaris.c. 6.A.
 Dies passionis Christi.c. 9.
 Dionysij abbatis error.c. 3.
 Duodennis Christus in templo.c. 12.B.
 Eclipsis anni domini. 17.c. 11.B.
 Erronea opinio.c. 10.
 Emendatio calendarij.c. 2.
 Feria quando coepit correctio calendarij.c. 6.B.
 Græci quando incipiunt annum.c. 7.
 Herodes tempore natiuitatis Christi.c. 12.A.

Imperatorum trium Romanorum anni. c. 8. B.
Inditiones Romanæ. c. 7.
Initium anni. c. 2.
Initium annorum domini. c. 3.
Intercalatio. c. 2. D.
Iudæorum obiectiones. c. 9.
Julius Cæsar. c. 8.

Literæ dominicales. c. 6.
Lunaris cyclus. c. 5.
Luna quintadecima. c. 5.
Lunationes passionis Christi. c. 9.
Mensium varietas. c. 4.
Menses cum cyclo Julij. c. 5.
Nova opinio erronea. c. 10.
Octavianus Augustus. c. 8.
Olympiades. c. 7.
Opinio erronea. c. 10.
Oraculum fictitium. c. 11. D.

Passionis Christi dies. c. 9.
Pascha duplex apud Iudæos. c. 9. F.

Quæstionis solutio. c. 9.

Resurrectionis Christi tertius dies. c. 9. G.
Roma quo tempore condita. c. 8. A.

Solaris cyclus. c. 6. A.
Solis defectio prodigiosa. c. 11. B.

Tempus vitæ & mortis Christi. c. 1.
Tabula verax. c. 6. C.
Tabula erronea. c. 6. D.
Tabula temporum. c. 9. E.
Tiberius Cæsar. c. 8.

Vitæ Christi tempus. c. 12.

DE VERO DIE PASSIONIS CHRISTI AC TEMPORE

*totius vitæ ipsius, opusculum editum per Ioannem**Lucidum natione Gallum.*

PROOEMIUM.



Rta est questio inter duos iuvenes eruditos, alterum clericum, alterum vero laicum: quo anno, quo mēse, quōue die Dominus ac Saluator noster in cruce passus fuerit: & consequenter de totius vitæ Christi tempore differuerunt. Laicus assererat Christum passum esse anno ab incarnatione sua trigesimoquarto expleto: & ab ortu suo trigesimoquarto currente per tres menses. 8. calendas Aprilis hoc est die. 25. Martij eodem. s. die, quo & conceptus fuerat. Clericus vero affirmabat ipsum passum anno præcedenti, videlicet à cōceptione sua expleto anno. 33. decemq; diebus: & à natiuitate sua trigesimo tertio currente per tres mēses ac dies decē. 3. nonas Aprilis, hoc est die. 3. eiusdem mensis. Vterq; sententiam suam auctoritatibus ac rationibus roborare nitebatur. Cūq; alter alteri post mul-
tam disceptationem nullo modo cedere vellet: in hoc vnâ conuen-
erunt, vt recursum haberent ad seniore[m] veritatis censorem. Itaq; vno animo super hoc sententiam meam requirentes: promiserunt se velle acquiescere iudicio ac censuræ determinationis meæ. Auditis igitur vtriusq; rationibus: quid super hac re tenendum esset pro captu ingenij mei, ipsis audientibus censui: & ipsis rogantibus, vt cæteris hæc veritas manifestari possit, quæ prius verbis coram eis explicaueram, rursus in scriptis redegi in hoc breui opusculo de vero die passionis Christi, ac totius vitæ ipsius tempore. Difficilis pro-
fecto & ardua quæstio necdum per ecclesiã determinata: propterea quicquid scripsi in hoc opusculo & in cæteris meis editionibus & cōmentarijs totum humiliter subiicio determinationi sanctæ Romanæ ecclesiæ: cum sim veritatis non ostentationis amator. Non potest autem solui hæc ardua, sed utilis quæstio, nisi per doctrinam sacre pagine & Astronomicam disciplinam ac temporum descriptionem. Cum igitur expositores sacri eloquij, necnon & Astronomi, atq; Chronographi inter se diuersa & quandoq; opposita sentiant, sicut in aliarum scientiarum authoribus accidere solet, in quibus varia & sæpe contraria ipsi authores inuicem opinantur: hinc est quod in decisione huius quæstionis difficultas non modica sup-
additur: & præcipue quoniam cum veritas quæritur, necesse est, vt

quidam authores in suis quibusdam opinionibus non recte consideratis, neque valida ratione probatis, quandoque improbentur: Quae de re quorundam animi offenduntur, eo quod nimio ipsis doctoribus afficiantur amore. Sed ratio veritatis cuiuslibet hominis auctoritati preponenda est: cum & Aristoteles dicat. Amicus Plato, & amicus Socrates: sed magis amica veritas. Licet autem primo aspectu questio haec terrorem nobis ingerat: si tamen diligenter consideremus euangelica dicta: necnon Solis & Lunae motum ac temporum descriptionem perscrutemur, Dei adiutorio non multo labore huius rei veritatem valida probatione reperiemus. Sed prius quaedam hypotheses praesupponendae sunt: ex quibus veritas temporis vitae & mortis Christi manifesta ratione comprobata penitus elucescet.

Prima hypothesis de tempore vitae & mortis Christi.

Cap. I.



Prima hypothesis est de tempore vitae & mortis Christi, quod habetur ex euangelica veritate declarata iuxta usum & diu approbatam consuetudinem ecclesiae: cui super omnia penitus adhaerendum est. Christi namque ortus ab Euangelistis describitur fuisse Caesare Augusto imperante Romae, eo. scilicet tempore, quo eius edicto primo describebatur vniuersus orbis, ut scribitur Luc. 2. Atque in Iudaea regnante Herode primo alienigena ablato regno à Iudeis iuxta prophetiam Jacob, qui ait Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus est, sicut describitur Matth. 2. c. Cum natus esset Iesus in diebus Herodis regis &c. Baptismus quoque Christi Luc. 3. enarratur fuisse anno. 15. imperij Tiberij Caesaris, & tunc ipse Iesus, ut ibi dicitur, erat incipiens quasi annorum 30. Passio vero eius & mors ab Euangelistis describitur fuisse die sequenti postquam comederat agnum paschalem iuxta legis praecipuum, quia venerat legem adimplere, ut scribitur Matth. 5. Praecipitur enim Exodi. 12. ut comedatur agnus paschalis luna. 14. primi mensis ad vesperam: & idem confirmatur Leuit. 23. Vbi luna. 14. dicitur dies. 14. primi mensis: & dicebatur prima dies azimorum, quoniam per totam hebdomadam comedebant azima: & tunc prima die azimorum ad vesperam, Christus agnum paschalem cum azimis & lactucis agrestibus comedit. Dicitur enim Matth. 26. Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Et Luc. 22. dicitur. Venit

autem dies azimorum, in qua necesse erat occidi pascha: & misit Petrus & Ioanē dicens. Eūtes parate nobis pascha, vt māducemus &c. Tunc autem erat luna. 1. 4. Nam dicit Chrysoſtomus. Primam azimorum eam diē vocant, quæ ante azima erat. Consueuerunt enim à vespera semper dies enumerare: & eius mentionem facere in vespera, cuius pascha erat immolandum. Quinta enim sabbati discipuli ad Christum accesserunt: quam hic primam azimorum, id est ante azima vocat, tempus designans quo discipuli accesserunt ad Iesum. hæc ille. Et hoc idem confirmatur per vsum ecclesiæ quæ coenā domini celebrat feria. 5. videlicet pridie quā pateretur. Et tunc fuit eclipsis illa mirabilis à sexta vsq; ad nonam: quā etiam vidit Dionysius Areopagita in Aegypto: qui in epistola ad Polycarpū dicit eā contigisse in plenilunio. Quod autem fuerit feria. 6. patet ex Euangelistis, qui dicunt eum passum in parasceue ante sabbatū, quæ est feria. 6. id est dies veneris. Nam dicitur Marci. 1. 5. Quia erat parasceue, quod est ante sabbatū: venit Ioseph &c. Dies autem quæ præcedit sabbatum, est feria. 6. hinc est quod ecclesia celebrat Christi passionem die veneris post coenam dominicam. Nec est dicendum, quod Christus comedit agnū luna. 1. 3. vt putant Græci: qui asserunt Christū anticipasse pascha, & comedisse agnū cum pane fermentato, & in eo consecrasse: quia hoc esset contra legem, quæ præcipit, vt agnus cū azimis comedatur luna. 1. 4. Christus autē nunq; fuit legi contrarius, vt dicit Chrysoſt. Quod autē nō anticipauerit pascha, probatur etiā ex verbis Marci. 1. 4. dicentis. Primo die azimorum, quādo pascha immolabāt, vsq; s̄m legē: quæ præcipit, vt comedatur agnus cū azimis primo die azimorū luna. 1. 4. ad vesperā. Nec obstat quod dicitur Ioānis. 1. 3. Ante diē festū paschæ coenā fecisse: quia dies festus & solennis erat die sequenti post agni comestionē. s. luna 1. 5. Nā dicitur Leuit. 2. 3. Mense primo. 1. 4. die mensis ad vesperū phase dñi est: & 1. 5. die mensis huius solēnitas azimorū dñi est. Sed utrū Iudei tunc fecerint pascha iuxta legis edictū: an iuxta traditionem seniorū: in solutione quōnis inferius declarabimus. Post mortē Christi cum transisset sabbatum, prima sabbati, hoc est tertia die à morte sua dñs resurrexit à mortuis die Solis, quæ est dies dominica. Quapropter ecclesia semper celebrat pascha resurrectionis die dñica. Hæc omnia prædicta tanq̄ vera firmiter tenenda sunt: & omnia quæ ipsis aduersantur tanq̄ falsa reprobanda, etiam si dicantur ab authoribus magna authoritate præditis, quoniā Euangelica veritas vsu ecclesiæ declarata omni humanæ authoritati præponitur.



Secunda hypothesis est de anno & calendario. Et si teste Plinio lib. 18. Dierum anni propè inextricabilis ratio est: Romani tamen siue Latini iuxta triplicem anni obseruationem, triplex ediderunt calendarium, vt refert Ioânes Stofferinus in suo calendario propositione. 34. sub literis Cc. Quod ostēdit ex dictis Macrobij in primo Saturnaliorum libro, & Solini in libro de mirabilibus mundi.

A Primum ergo calendarium edidit Romulus, qui teste Varrone, Romanam condidit, primus Romanorum rex: & annum Macrobio & Solino testibus trecentisquatuor diebus compleuit: ac suo calendario decem mēses inscripsit. Dicit enim Macrobius. Anni certus modus apud solos semper Aegyptios fuit, aliarum gentium dispari numero, pari errore nutabat. Et vt contentus sim referendo paucarum morem regionum: Archades annum suum tribus mēsis explicabant: Acharnanes sex: Græci reliqui trecentisquingentaquatuor diebus annum proprium computabant. Non igitur mirum in hac varietate Romanos quoq; olim authore Romulo annum suum decem habuisse mensibus ordinatum: quia annus à Martio incipiebat & conficiebatur diebus. 304. vt sex quidē menses. 1. Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, tricenum esset dierū: Quatuor verò, Martius, Maius, Quintilis, October tricenis & singulis expedirentur. Hæc fuit Romuli ordinatio: qui primum anni mēsem genitori suo Marti dicauit. Quē mensem anni primum fuisse vel ex hoc maxime probatur, quod ab ipso Quintilis quintus est: & deinceps pro numero reliqui nominabantur. hæc ille. Idem confirmat Solinus dicēs. Romani in initio annum decē mensibus cōputabant à Martio auspiciates &c. Et Ouidius primo Fastorum ait.

Tempora digereret cum conditor vrbis, in anno
Constituit menses quinq; bis esse suo.

B Secundum calendarium edidit Numa Pompilius secūdus Romanorum rex. Nam annus Romuli continēs. 304. dies erat adeo diminutus & concisus, quod non æquabatur vere anni solaris quantitati: sed ab eo deficiebat in duobus mensibus. Nam spatio. 24. annorum quibus talis obseruatio vixit superati sunt anni solares quatuor annis Romuleis constitutis ex mensibus decē. Et hinc emergebat inordinata annorum & mensium confusio. Sed, vt ait

304

354

Macrobius secutus Numa quantum sub cœlo rudi & seculo adhuc impolito solo ingenio magistro cōprehēdere potuit: vel quia Græcorum obseruatione forsitan instructus est. 50. dies addidit, vt. 354. dies quibus duodecim lunæ cursus confici credidit, annus extenderetur. hæc ille. Sic igitur calendarium lunare duodecim mēsum cōposuit. Hi menses erant perfecti alternatim diebus. 30. & 29. iuxta ipsius Lunæ motum respectu Solis: quæ à coniunctione eius cū Sole vsq; ad sequentem coitum absunit. 29. dies cum dimidio posthabitis minutis horariis. Et quia dies in calendario partiri non possunt, vt dies naturalis duntaxat duodecim horas haberet, attribuit Numa vni mensi. 30. dies: alteri. 29. De quibus. 12. mensibus Numæ ait Ouidius in primo Fastorum.

At Numa nec Ianum, nec auitas præterit vmbas.

Mensibus antiquis addidit ille duos.


Paulo post authore Macrobio, Numa in honorē imparis numeri secretū hoc & ante Pythagorā parturiente natura: vnū adiecit diē, quem Ianuario dedit, vt tam in anno q̄ in mēribus singulis præter vnū Februariū impar numerus seruaretur. Nā quia. 12. mēses si singuli aut pari aut impari numero partirētur consumationē parē facerent, vnus pari numero institutus, vnus amputationē imparē fecit. Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, Septēber, Nouēber, December, vndetricenis censebātur diebus. Martius vero, Maius, Quintilis, & October dies tricenos singulos possidebant. Sed solus Februarius viginti & octo retinuit dies quasi inferis & diminutio & par numerus conueniret. Et subiungit idem Macrobius. Cum ergo Romani ex hac distributione Pompilij ad Lunæ cursum sicut Græci annum proprium computarent: necessario & intercalare mēsem instituerunt more Græcorum. Nam & Græci cum animaduernerēt temere se. 354. diebus ordinasse annum: quoniā apparet de Solis cursu: qui. 365. diebus & quadrante Zodiacum conficit, deesse anno suo vndecim dies & quadrantem, intercalares statuta ratione cōmenti sunt, ita vt octauo quoq; anno. 90. dies ex quibus tres menses tricenū dierū cōposuerunt, intercalarent. Id Græci fecerunt, quā erat operosum atq; difficile omnibus annis vndecim dies & quadrantem intercalare. Itaq; maluerunt hunc nūmerum octies multiplicare: & 90. dies, qui nascuntur, si quadrans cum diebus vndecim octies componatur, inserere: in tres menses, vt diximus, distribuendos. hæc ille. Idem etiam affirmat Solinus dicens. Græci ergo singulis annis. 11. dies & quadrantē detrahebant: eosq; octies multi.

444 plicatos in annum nouū referuabant, vt contractus nonagenarius
 numerus in menses tres per tricenos dies funderetur: qui anno no-
 uo restituti efficiebant dies. 444. quos ἰμβολισμῶς, vel ὑπερβολικῶς
 nominabant. Hęc Solinus. Insuper adiungit Macrobius. Hunc er-
 go ordinem Romanis quoq; imitari placuit: sed frustra: quippe fu-
 git eos diem vnum, sicut supra admonuimus, additum à se ad Grę-
 cum numerum in honorem imparis numeri. Ea re per octennium
 conuenire numerus atq; ordo non poterat. Sed nondum hoc errore
 comperto per. 8. annos, nonaginta quasi superfundendos Gręcorū
 exemplo computabant dies: alternisq; annis binos videnos, alter-
 nis ternos videnosq; intercalantes expensabant intercalationibus
 quatuor. Sed octauo quoq; anno intercalatores octo affuebāt dies
 ex singulis: quibus vertentis anni numerum apud Romanos super
 Gręcos abūdasse iam diximus. Hoc quoq; errore iam cognito hęc
 species emendationis inducta est. Tertio quoq; octennio ita inter-
 calandos dispensabant dies, vt non nonaginta, sed sexaginta sex in-
 tercalarent compensatis. 24. diebus pro illis, qui per totidem an-
 nos supra Gręcorum numerum creuerant. Omni autem intercala-
 tioni mensis Februarius deputatus est: quoniā is vltimus anni erat.
 Quod etiam ipsum de Gręcorum imitatione faciebant. Nam & il-
 li vltimo anni sui mensi, superfluos inferebant dies, vt refert Glau-
 cippus: qui de sacris Atheniensium scripsit. Verum vna re à Grę-
 cis differebant. Nam illi confecto vltimo mense: Romani non con-
 fecto Februario: sed post vigesimum & tertium diem intercalabant
 terminalibus scilicet iam peractis. Deinde reliquos Februarij men-
 sis dies: qui erant quinque, post intercalationē subiungebant (credo)
 vetere religionis suę more, vt Februarium omnino Martius seque-
 retur. Hęc Macrobius. Alia etiam re differebāt Romani à Gręcis,
 quoniam vltimus mensis anni apud Gręcos non erat in fine Hęc-
 mis ante principium veris, sicut apud Romanos: sed erat in fine æsta-
 tis ante principium autumnus: quo tempore Gręci initium anni su-
 mebant, vt infra patebit.

C Tertium calendarium nostrę institutioni accommodum C. Iulius
 Cęsar dictator composuit ad anni solaris quantitatem, eo quod
 Astronomię peritissimus atq; diligentissimus esset, vt affirmat Iu-
 lius Firmicus. Nam postquam Cęsar Alexandriam Aegypti appli-
 cuit, ab Aegyptiis (testibus Appiano & Macrobio) verā anni quan-
 titatem didicit: Romamq; reuersus, & maximum (Suetonio asserē-
 te) pontificatum adeptus, conuersus ad ordinandum reip. statum

fastos correxit, iam pridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque messium ferie æstate; neque vindemiarum autumno competerent. Annumque ad cursum Solis accommodavit: ut trecentorum sexagintaquinque dierum esset: & intercalario mense sublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Huius etiam erroris & fluctuationis causam, & eius correctionem Macrobius & Solinus indicant. Dicit enim Macrobius, Verum fuit tempus cum propter superstitionem intercalatio omnis ommissa est. Nonnunquam vero per gratiam sacerdotum, qui publicanis proferri vel imminui consulto anni dies volebant modo auctio, modo retractio dierum proueniebant: & sub specie obseruationis emergebat maior confusionis occasio. Sed postea C. Cæsar, omnem hanc inconstantiam temporum vagam adhuc & incertam in ordinem statuta definitionis coegit: admittente sibi Marco Flauio scriba: qui scriptos dies singulos ita ad dictatorem retulit: ut & ordo eorum inueniri facillime possit: & inuento certus status perseveraret. Ergo C. Cæsar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes, qui confusionem adhuc poterant facere, consumpsit. Eaque re factum est, ut annus confusionis ultimus in. 444. dies protenderetur. Post hoc imitatus Aegyptios solos diuinarum rerum omnium conscios, ad numerum Solis, qui diebus. 365. & quadrante cursum conficit, annum dirigere contendit. Et infra. Iulius ergo Cæsar decem dies obseruationi veteri superadiecit, ut annum trecenti & sexagintaquinque dies, quibus Sol lustrat Zodiacum, efficerent. Et ne quadrans deesset: statuit, ut quarto quoque anno, sacerdotes, qui curabant mensibus ac diebus, vnū intercalarent diem eo. s. mense ac loco, quo etiam apud veteres mensis intercalabatur, id est ante quinque ultimos Februarij mensis dies: idque bissextum censuit nominandum. & postea subiungit. Sic annū cuiuslem Cæsar habitis ad Lunā dimensionibus constitutū edicto palam posito publicauit. Ex his verbis Macrobij liquido colligitur quod antequam Cæsar calendariū emendasset, præcessit annus confusionis continens dies. 444. qui sunt menses. 15. iuxta modū intercalationis Aegyptiorū: qui octauo quoque anno restituebāt dies. 90. nouo anno. De hoc anno confusionis dicit Suetonius in vita Cæsaris. Quo autem magis in posterum è calēdis Ianuariis nobis tempore ratio cōgrueret inter Nouembrē ac Decembrē mēsem interiecit duos alios: Fuitque is annus, quo hæc constituebatur. 15. mensiū cū intercalario mēse qui ex consuetudine in eū annum inciderat. hæc ille. Sed in hoc Solinus errauit dicens, quod Cæsar videns anni inconstantiam &c.

444



vt certum statū preteritus acciperet error: dies viginti & vnum, & quadrantem simul intercidit. Non enim oportebat intercidere dies 21. ad hanc emendationem: sed adiungere tres menses, vt recte dicit Suetonius, & Macrobius. Nec potuit intercidi eo anno quadrans, cū non possit hoc fieri nisi in annis quatuor. Post annū cōfusionis secutus est annus correctionis & emendationis continens dies. 365. cum ipse Macrobius postquam de anno confusionis dixerat, subiungat. Post hoc imitatus Aegyptios ad numerum Solis qui diebus. 365. & quadrante cursum conficit, annum dirigere cōtendit. Et hunc annum incepit à prima lunatione post solstitium hyemale calendis Ianuarij. Post annū emendationis secutus est etiā annus cōmunis dierum. 365. per promulgationē à Cæsare factā, cum dicat Macrobius: Annum civilem Cæsar habitis ad lunam dimensionibus constitutum, edicto palam posito publicauit: & potest dici annus promulgationis vel publicationis: quoniam hæc publicatio saltem per annum protracta est: quia subito non potuit publicari apud multos populos Romano imperio subiectos, nisi spatio vnus anni. Hoc autem anno publicationis, qui fuit sequens post emendationem, in senatu Cæsar occisus est idibus Martij, hoc est post correctionem calendarij anno vno mensibus duobus cum dimidio transactis. Post Cæsaris mortem sacerdotes inconsulte errorem alium induxerunt: quē postea emendauit Octavianus Augustus. Dicit enim Macrobius. Et hucusq; error stare potuisset, ni sacerdotes sibi errorem nouum ex ipsa emendatione fecissent. Nam cum oporteret diem, qui ex quadrantibus fit, quarto quoq; anno confecto antequam quintus inciperet, intercalare: illi quarto non peracto, sed incipiente intercalabant. hic error sex & triginta annis permanfit. Quibus annis intercalati sunt dies duodecim cum debuerint intercalari nouem. Sed hunc quoq; errorem serò deprehensum correxit Augustus: qui annos duodecim sine intercalari die transigi iussit: vt illi tres dies, qui per annos triginta & sex vitio sacerdotalis festinationis exerceuerant, sequentibus annis duodecim nullo die intercalato deuorarentur. Post hoc vnum diem secundum ordinationem Cæsaris quarto quoq; anno intercalari iussit: & omnē hunc ordinem aræ tabulæ ad æternam custodiam incisione mandauit. hæc ille. Idem affirmat Solinus dicens. Et tunc quoq; vitium admissum est per sacerdotes. Nam cum præceptum esset año quarto, vt intercalarent vnum diem: & oporteret confecto anno quarto id obseruari antequam quintus auspicaretur: illi incipiente quarto

intercalarunt non desinente. Sic per annos sex & triginta cum nouem dies tantummodo sufficere debuissent, duodecim sunt intercalari. Quod deprehensum Augustus reformauit: iussitq; annos. 12. sine intercalatione decurrere: vt tres illi dies qui vltra nouem necessarios, temere fuerant intercalati: hoc modo possent reperiari. Ex qua disciplina omnium postea temporū fundata ratio est. hęc Solinus. Edidit ergo Iulius Cæsar calendarium quod Iulianum nūcupatur in duodenos menses partitum tribuens Ianuario dies. 31. Februario. 29. Martio. 31. Aprili. 30. Maio. 31. Iunio. 30. Quintili. 31. Sextili. 30. Septembri. 30. Octobri. 31. Nouembri. 30. & Decembri. 31. & incepit annum à Ianuario: Quintilis mensis Macrobio authore in honorem Iulij Cæsaris dictatoris legem ferente M. Antonio Marci filio consule, Iulius est appellatus, quòd hoc mense ad quartum idus Quintilis procreatus sit. Sextilis inde dictus est Augustus ab Octauiano Augusto ob auctam ab eo rempu. ex senatus consulto: cuius verba subiecit Macrobius dicens. Cum imperator Cæsar Augustus mense Sextili, & primum consulatum inierit: & triumphos tres intulerit in urbem: & ex Ianiculo legiones deductæ secutæq; sint eius auspicia ac fidem: & Aegyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit: finisq; hoc mense bellis civilibus impositus sit: atq; ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit: placere senatui, vt hic mensis Augustus appelletur. hęc ille. Idem etiam dicit Censorinus libro de die natali capite de mētib; vbi dicit. Mensis Quintilis Iulius cognominatus est C. Cæsare. 5 & M. Antonio consulibus anno Iuliano secundo. Qui autem Sextilis fuerat C. Marco Censorino: C. Asinio Gallo consulibus in Augusti honorem dictus est Augustus anno Augustio vigesimo. hęc ille. Huic mensi Augusto tunc additus est dies vnus à Februario detractus, vt vnum & tricenos complecteretur: ne Augustus Iulio inferior videretur: & ita Februario mutilato: octo & viceni duntaxat dies relictī sunt in anno cōmuni. hęc igitur fuit anni & mēsum ratio à Romanis tempore Octauij Monarchæ ante Christi aduentum instituta, & vsq; ad nostra tempora custodita, vt affirmat Ioannes Stoffler. in suo calēdario propositione. 34.

D Anni autem exordium apud diuersas nationes differenter sumitur. Nam Romulus, vt dictum est, à Martio annū incepit tempore veris. Hebræi etiam habent anni principium in lunatione propinquiori ipsi vernali æquinoctio, quando de Aegypto exierunt. Nam dicitur Exodi. 12. Mensis iste vobis principium mensium, primus

erit in mensibus anni. Aegyptii vero & Graeci anni exordii sumunt iuxta aequinoctium autūni. Nam Aegyptij à Septembri: Graeci ab Octobri anni principium habent, vt Alphonsus in suis tabulis annotat. Sed Iulius Cæsar anni principiu sumpsit à luna prima post solstitium hyemale: quæ fuit calēdis Ianuarij anno ante Christum quadragesimo quinto, vt recte computat dñs Paulus ep̄s Forosē/ proniensis in sua Paulina: & dñs Ioannes Stofflerinus in suo calen/ dario propositione. 3 4. vt plenius infra patebit.

Tertia hypothesis de initio annorum domini.

Cap. 3.

Tertia hypothesis est de initio annorū domini: in quibus computandis quo ad initia plures authores inter se differunt. Quidam enim sumūt annos domini à sua incarnatione, quando conceptus est: Quidam à natiuitate, cū de utero matris egressus est: Quidam à circūcisione domini calēdis Ianuarij octauo natiuitatis die. Et quidam à Christi passione. Qui omnes modi comprobari possunt seruata tamen conuenienti computatione, vt mox declarabimus. Sed inter omnes hos modos conuenientissimus est, vt sumatur initium annorū domini ab eius natiuitate: quoniam anni vitæ alicuius hominis non à sua conceptione, sed à natiuitate sumuntur. Hunc modum seruat ecclesia Romana annos incipiens à natiuitate domini, non à conceptione ipsius. Nam eo tempore per ecclesiam accipitur principium annorū domini: quo & singulis annis per eā annus mutatur: Sed per ecclesiam fit anni mutatio non in conceptione Christi, sed in eius natiuitate. Ergo tunc anni domini sumunt initium. Quòd autem ecclesia mutet annum in natiuitate domini, & non in cōceptione, patet per acta concilij Cōstantiensis, in quibus describitur, q̄ electio pontificis Martini. 5. facta est die Iouis in festo sancti Martini vndecima Nouembris die: anno à natiuitate domini. 1 4 1 7. inditione decima: & facta est coronatio eius die dominica vigesima prima supradicti mensis Nouembris. Deinde iuxta finem mensis Decembris immediate sequentis facta est cōgregatio prædicti cōcilij post Christi natiuitatem in festo Innocentium: & iam mutatus est annus, & inditio, cum ibi dicatur. Anno à natiuitate domini. 1 4 1 8. inditione. 1 1. die vero martis. 2 8. mensis Decembris &c. sicut legimus in exemplari manu notarij scripto in ipso concilio. Quòd autem nō mutetur annus in annuntiatione dominica, quando Christus est

conceptus, patet ex secunda & tertia sessione post inchoationem di-
 cti concilij in pontificatu Ioannis. 23. Nam idem annus à natiui-
 tate domini describitur in secunda sessione celebrata calendis Mar-
 tij: & in tertia sessione cōgregata. 8. calēdas Aprilis, hoc est die. 25.
 eiusdē mensis Martij in annuntiatione dominica, quādo cōceptus
 est Christus. Ibi enim sic legitur de secunda sessione. Anno à natiui-
 tate domini. 1415. pontificatu quo supra. s. Ioannis. 23. die vero
 prima mensis Martij &c. Tertia vero sessio ibi describitur die lunæ
 25. mensis Martij supradicti in die annuntiationis dominicę: & ta-
 men ibidem non mutatur annus: sed sequitur idem annus. 1415.
 Hoc idem etiam patet in bulla indictionis iubei pro futuro anno
 domini. 1525. per Clementem. 7. in qua inseruntur plures bullę
 p̄decessorum eius ab anno domini. 1300. tempore Bonifacij. 8.
 & deinceps: & omnes describuntur per annos à natiuitate domini.
 Et specialiter ibi ponitur determinatio iubei de. 25. annis in an-
 nos. 25. per Paulum. 2. & cōfirmatio & executio eius per Axytum
 4. vbi indicitur Iubileus pro anno domini. 1475. incipiēdo à pri-
 mis vesperis vigilię natiuitatis dñi nostri Iesu Christi anni. 1474.
 Vnde manifeste patet, quod in vigilia natiuitatis domini tunc fuit
 vltimus dies anni domini. 1474. & in die natiuitatis fuit primus
 dies anni domini. 1475. Sed in eadem bulla Clementis. 7. occur-
 rit dubitatio merito ponderanda cum in fine eiusdem bullę dica-
 tur. Datum Romę apud sanctum Petrum anno incarnationis do-
 minicę. 1524. calendis Maij: & tamen in trāsumpto eiusdem bul-
 lę per ep̄m Vigorniensē auditorem camerę apostolicę genera-
 lem sic in calce scribitur. Datum Romę in edibus nostrę solitę resi-
 dentię sub anno à natiuitate domini. 1524. die vero decimo men-
 sis Iunij. Tabellio Papę p̄sentem annum nominat incarnatio-
 nis. 1524. & alius tabellio ep̄scopi auditoris camerę apostolicę
 eundem annum denominat à natiuitate: & sic inter se dissonare vi-
 dentur: tamen vnà conueniunt. Causa ergo huius apparentis disso-
 nantię requirenda est. Antiquiores tabelliones iuxta morem diu
 seruatum in curia Romana describebant annos à natiuitate domi-
 ni: & sic modo etiam describunt in omnibus, quę per pontificem
 in curia Romana fiunt: Sed in bullis papalibus antiquitus non de-
 scribebatur annus domini: sed tantum annus pro tempore existen-
 tis pontificis. At recentiores in bullis tantummodo pontificalibus
 inceperunt etiam annotare annos incarnationis dominicę. Di-
 cit enim dominus Paulus ep̄scopus Forosempronensis libro. 13.

secundæ partis Paulinæ suæ, quòd præsidente Eugenio. 4. adhortãte Blondo Forliuensi pontificij collegij à secretis notario in bullis atq; rescriptis pontificalibus, annorum hæc à Christi incarnatione supputatio scribi primum cœpit. & infra. Sed notarij annos à natiuitate computare consueuerunt. hæc ille. Vnde patet Blondum huius diuersitatis causam fuisse. Qui tamen in hoc deceptus est, quia putauit annos domini numerando per ecclesiam ab incarnatione ipsius, ex eo quòd Dionysius abbas Romanus primam supputationem olim fecerat à primo anno incarnationis dominicæ in sua tabula. Sed idem Dionysius in annis dominicæ incarnationis errauit, licet ordo ipsius tabulæ scilicet quingentorum triginta duorum annorum bene digestus sit. Dicit enim Ioannes Stöfflerius in suo calendario propositione. 37. sub litera. T. Animaduertendum est quòd hic Dionysius ecclesiæ totius erroris ansam præbuit, & causam præstitit: primo in eo, etsi diuino zelo accensus, vt impiissimi Diocleriani, à quo prius anni supputabantur memoria deleretur & aboleretur: Christianæ q; salutis exordium elucesceret, induxit temporum supputationem ab anno incarnationis verbi dei sumendam: in quibus tamen annis numerandis ipsum errasse à compluribus probatur. De quo Sigebertus monachus natione Gallicus in Chronica sic scriptum reliquit. In cyclo magno Dionysij reprehensibile videtur, quòd in annis dominicæ incarnationis ei inconsyderate prescriptis discordat à veritate Euangelij in anno dominicæ passionis. Et idem Dionysius posuit natiuitatē Christi vigesimoprimo anno tardius q̄ debuisset. Quare Rhenerius egregius supputator cyclum, aut tabulam Dionysij dicit esse fallacem & erroris plenam. hæc ibidem. Etiam dominus Paulus episcopus Forosempronien. in secunda parte Paulinæ lib. 13. c. 6. dicit ipsum similiter errasse, & erroris causam aliis dedisse: & affirmat eum errasse in duobus annis: in quibus tamen non errauit: quia dicit eum assumpsisse annos Augusti à nece Cæsaris: sed non sic accepit: sed à primo consulatu vel triumuiratu anno secundo post Cæsaris mortem. Sed nos dicimus ipsum Dionysium errasse in vno tantum anno: quia fecit bissextum anno quarto domini: cum tamē ibi annotandus non esset, vt inferius demonstrabimus. Et hoc nō cognouit dominus Paulus: quia in eundem errorem & ipse incidit. Non est ergo mirum, si Blondus in computationibus annorum ab incarnatione errauerit, quia ducē erroneū secutus est. Omnes, qui Dionysium imitati sunt, errauerunt, vt Campanus in libro de Com-

puto maiori: Paulus ep̄s Forosempronien̄. vt patet in secunda parte suæ Paulinæ lib. 4. & quāplures alij. Aliam euidentissimam rationem adducam ad probandum quod per ecclesiam anni enumerentur à natiuitate domini postquā descripsero inferius cyclum lunarem & literas dominicales: quoniam ea ratio ex ipsis veritatem habet: & tūc videbimus quod anni ab incarnatione sumpti post quartum Christi annum idem sunt cum annis à natiuitate computatis propter superfluum bissextum anno. 4. domini inconsulte annotatum, quo vnus minuitur annus: non tamen hoc accidit ante quartum annū domini, vt certius inferius patebit. Vnde & in rescriptis pontificalibus idem annus à natiuitate ex dicta inordinatione in eis dicitur annus incarnationis. Quidam vero recte computant annos ab incarnatione domini addentes annis à natiuitate ipsius computatis per ecclesiam. s. nouem menses: quibus fuit in vtero virginis ante natiuitatem, vt recte computant Pisani: qui hoc anno à natiuitate domini. 1524 post vigesimam quartā diem Martij sunt in anno ab incarnatione domini. 1525. & sic annotant in suis literis & codicibus. Sed in hoc errant Florentini & Senēses, qui annos ab incarnatione postponunt annis à natiuitate eo quod annos domini enumerare incipiant cōpleto primo anno à conceptione iam nato Christo per tres menses. Conueniunt tamen cum ecclesia post 24. diem Martij: non tamen antea tribus mensibus. Dicunt tamen aliqui, quod antiquitus conueniebant cum Pisanis: sed postmodū cum vellent conuenire cum ecclesia, & nō auderent immutare principium anni à. 25. Martij sicut semper antea consueuerant: incidērunt in hanc deordinationem, vt partim cum Pisanis & partim cū ecclesia conuenire vellent: nec tamen plene cum ecclesia, neq; cum Pisanis conueniunt, vt omnibus manifestum est. Cæteræ nationes extra Italiam cōmuniter cum ecclesia conueniunt. Romani vero annos domini à calendis Ianuarij incipiunt. 8. die à Christi natiuitate & conueniunt cum ecclesia excepta prima hebdomoda natiuitatis eius. Et hunc modum tenent recentiores Astronomi: qui annos domini ad Ianuarium reducerunt: vt Ioannes de monte Regio, & Ioannes Stofflerinus in suis calendarijs, & plures alij. Vnde & dñs Paulus lib. 4. secundæ partis Paulinæ dicit. Astrologi nostri temporis, qui Romanorum more annorum supputationē reducerunt ad Ianuarium: & radices motuum statuerunt ad initium Ianuarij primi anni natiuitatis Christi: incipiunt primum natiuitatis annum ab. 8. die natiuitatis eiusdem, non computantes illos septem dies à

natali domini vsq; ad Ianuarium interceptos: quod ex hoc manifeste patet. Nam qui loca planetarum ad horam natiuitatis Christi inuenire volunt: retrocedunt per dies. 7. à radicibus planetarum in tabulis annotatis. Et hunc computandi modũ obseruant non solũ Astrologi: sed etiam Theologi in Christiana religione probati: Petrus de Aliaco, Nicolaus Cusanus, Rogerius Bachõ: & generaliter omnes, qui loca planetarum in hora natiuitatis Christi indagarũt. hæc ille. Facilius autem reducuntur ad calendarium Romanũ, vide licet ad calendas Ianuarij anni à natiuitate domini, qm̃ ab ea parũ distant. s. per solam hebdomadã: q̃ anni ab incarnatione: quia multo magis ab ea remoti sunt: ideo melius est enumerare annos à natiuitate domini: vel à calendis Ianuarij q̃ ab incarnatione Christi. Si vero ab incarnatione enumerẽtur: superaddẽdi sunt, vt diximus, nouem menses præcedentes natiuitatem: vel nouem menses cũ hebdomada, si anni incarnationis reducantur ad calendas Ianuarij: Aliter contingeret in computationibus error. Paucissimi autem doctores antiqui, vt Hieronymus, & Isidorus, & quidam alij, qui antiquitus scribebant annos domini in cereis paschalibus: enumerant annos à passione domini includentes annum trigessimũ tertium suæ passionis & amputantes præcedentes. 32. annos ante passionẽ, & ita conueniunt cum cæteris. Nam historici, qui computãt annos à natiuitate Christi, dicunt Ioannẽ Euangelistam obiisse anno centesimo à natiuitate dñi cum iam Traianus accepisset imperiũ. Hieronymus vero & Isidorus dicunt eundem Ioannẽ ad dñm migrasse anno. 68. à passione dñi auferentes præcedentes. 32. annos. Qui si addantur prædictis annis. 68. conficiunt annos centum. Antonius vero Dulciatus in libro de festis mobilibus, licet incipiat annos à passione dñi: non tamen præcidit annos præcedentes passionẽ: sed errori errorem addidit: qm̃ anno, quo Christus est natus annotauit passionẽ dñi: & natiuitatem eius scripsit antea per annos. 33. quando currebat annus imperij Augusti nonus: quod est absurdũ cõtra omnes Chronographos & contra supputationes Astronomicas.

Quarta hypothesis de uarietate mensium.

Cap. 4.



Quarta hypothesis est de uarietate mensium. Nam aliqui sunt menses mobiles: aliqui fixi & stabiles. Hebræi enim habent menses, lunares ac mobiles: ita q; prima dies cõiunctionis Lunæ cum Sole sit prima dies mensis eorũ. Similiter habent menses mobiles Græci, Persæ, & Caldæi, atq; Ara

bes. Romani vero habent mēses firmos & stabiles in calendario descriptos. Hinc est q̄ primus mēsis Hebręorū, qui dicitur Nisan, cū Martio & cum Aprili in calendario Romano concurrat iuxta lunę cursum. Et luna. 15. mensis Nisan quādoq̄ occurrit in Martio quādoq̄ in Aprili: sicut in ecclesia patet, quę celebrat pascha dñi Dominica prima post. 14. lunam primi mensis, aliquādo in Martio, aliquando in Aprili. Hęc dixerim, quoniam Christi passio potest annotari vno mense apud Hebręos, & altero apud Romanos.

Quinta hypothesis de cyclo lunari decennouennali. Cap. 5.



Quinta hypothesis est de cyclo lunari decēnouēnali, quē nos aureum numerū dicimus. Alexandrini enim adinuerunt numerum annorū. 19. ad reperienda nouilunia. Necnon & Iulius Cęsar adnitente M. Flauio scriba, vt Macrobio placet: & Sosigene Astrologicę scientię perito adhibito, vt Plinius affirmat: cyclum lunarem decēnouēnalem descripsit anno suo solari, quē Iulianum appellamus, maxime cōgruentem: de quo sic loquitur Ioannes Stoffler. in suo calendario, propositione 34. sub literis Hh. Cum ego inquit anno gratiæ. 1489. legatū in Francia orientali agerem, adii splendidissimū baronem Philippum de Vuinsperg antiquitarum amatorē: qui mihi vetustissimū quendam obtulit librum: in quo inter alia propè innumera offendi cōmentarios in cyclum diui Iulij Cęsar, inq̄ eius calendarium ortū & occasum stellarum: quibus significabatur Cęsarem suum cyclū incepisse à prima coniunctione luminariū s̄m mediū cursum post hibernū solstitium: eaq̄ in primū diē Ianuarij caputq̄ añi incidisse. Quare Cęsar è directo huius diei pro aureo numero notauit vnitatem: à qua reliquas lunationes supputans, Solis & Lunę cōuentiones in suo calendario cōmemoratis viris M. Flauio & Sosigene opē ferentibus passim, prout negocium postulabat, adnotauit. Inseruit autem in eo numerum. 19. annorum: quem vulgus aureum numerum vocat. Putauit autem Ioannes Stoffler. Iulium Cęsarem incepisse diem à media nocte iuxta morem Romanorum. Sed aliqui dicunt eum incepisse diem à meridie, quo ad computationes dierum Lunę eo quod Astrologicam computationem didicerit in Alexandria, vbi Astronomi dies computabant à meridie, vt ceteri Astrologi faciunt. In sacris tamen publicis & officiis magistratuum & ceteris negociis Romani à media nocte diem accipiebant authore Censorino. Alij vero putāt Cęsarem diē accepisse ab occasu Solis:

& inde consuetudo in Italia inoleuerit, quòd in horologijs fiat inìtium diei à Solis occubitu. Subiungit autem ibidem Ioànes Stoffler. & ait. His animaduersis volui harum rerum periculum subire. Quare ad tempora Iulij Cæsaris me contuli, & compluribus numeris incassum exaratis, eadẽ anno. 45. ante Christi incarnationem ex tabulis mihi vsu habitis, reperi cõgressum luminarium prima die Ianuarij horis. 18. min. 44. secund. 55. à media nocte cõputãdis ad meridianum ferè vrbis Romæ. Iuxta vero Astrologicã vsitatam computationem die prima Ianuarij horis. 6. min. 44. secund. 55. à meridie numerandis. Sequens autem luminarium coniunctio fuit die. 31. Ianuarij horis. 7. min. 28. secund. 58. post noctis mediũ, & fm Astrologos die. 30. Ianuarij horis. 19. min. 28. secund. 58. post meridiem. Cæsar igitur cyclum compositurus ordinauit primam lunationem dierum tricenorum: quare è regione primi & trigesimali diei Ianuarij vnitatem annotauit: & sequentem nouem & vicens diebus absoluit: & iterum sequentem tricenis: & pro hac formula reliquas omnes lunationes digessit, non ommissa tamen ratione embolismorum. hæc ille. Eandem lunationem calendis Ianuarij computat etiam dñs Paulus ep̃s in. 12. lib. secundæ partis Paulinæ dicens. Comperimus primam lunationem factam anno 45. ante Christi natiuitatem iuxta vsitatam computationem die prima Ianuarij horis. 7. min. 6. secund. 35. post meridiem. Verã autem coniunctionem factam inueni hora. 1. min. 50. post mediã noctem eiusdem diei. s. inter diem Veneris & Sabbatum. hæc ille. Nec te moueat & perturbet quòd Ioannes Stoffler. dicat: prædictam luminarium coniunctionem factam esse anno. 45. ante Christi incarnationem: & dñs Paulus dicat eam factam. 45. anno ante Christi natiuitatem: quia vtrũq; verum est cum incarnatio & natiuitas Christi eodem anno fuerint incipiendo annum à calendis Ianuarij. Si enim accipias annum inclusiue, in quo conceptus & natus est Christus: & retrocedas vsq; ad coniunctionem luminarium factam calendis Ianuarij tẽpore Iulij Cæsaris, reperies años. 45. nã. 45. vicibus calendæ Ianuarij ante Christi incarnationem & natiuitatem reuolutæ sunt: & tunc inuenta est luna prima calendis Ianuarij tẽpore Cæsaris. A qua luminarium coniunctione ad Christi conceptum fuerunt anni. 44. & ferè tres menses: & vsq; ad eius ortum fuerunt anni. 45. hebdomada minus. Octauo autem die natiuitatis Christi enumeratur annus primus natiuitatis eius, qui erat annus 46. à correctione calendarij per Cæsarem. Ceterum meminisse cõuenit,

uenit, vt dicit Ioannes Stoffler. ibidem q̄ numeri Cycli Iulij Cæsar
 ris calendario inscripti denotant accensionem lunæ factam fuisse eo
 die, cui obijcitur; nec non lunam dici primam eodem die, quemad-
 modum supputatio indicat. Neq̄ obliuisci oportet, q̄ cyclus Iulia-
 nus post tempora Cæsaris in aliqua parte mutatus est ob mutilatio-
 nem mensis Februarij; qui tempore institutionis calendarij Cæsaris
 in anno cōmuni, 29. dies habuit. Postea quemadmodum supra ex-
 posuimus duntaxat. 28. seruauit; hæc ille. Tempore autem natiui-
 tatis & mortis Christi in anno cōmuni Februarius. 28. dies conti-
 nebat: quoniam idem mensis Februarius in anno cōmuni habuit
 29. dies vsq̄ ad annum Augusti vigesimum: quo tempore mensi
 sextili, qui tunc dictus est Augustus, additus est vnus dies à Februa-
 rio acceptus. Dicit enim Censorinus. Qui autem sextilis mensis fue-
 rat C. Marco Censorino & C. Asinio consulibus in Augusti hono-
 rem, dictus est Augustus anno Augustio vigesimo: hæc ille. Chri-
 stus vero post hoc tempus natus est. Nunc autem subiungam qua-
 tuor primos menses calendarij Romani cum cyclo Iulij Cæsaris di-
 ctatoris nostro instituto satisficientes; quos describit Ioānes Stof-
 fler. propositione. 34. & d. Paulus libro secundo primæ partis suæ
 Paulinæ.

Y

DE VERO DIE

Quatuor primi menses calendarij Romani cū cyclo Iulij Cæsaris.							
Cycl ⁹	Nūc	Litere		Cycl ⁹	Nūc	Litere	
luna/	rus	feria/	Januarius	luna/	rus	feria	Februari ⁹
ris	dieꝝ	rum		ris	dieꝝ	rum	
I	1	A	Calendis	9	1	D	Calendis
	2	B	4 No.		2	E	4 No.
9	3	C	3 No.	17	3	F	3 No.
	4	D	Pridie No.	6	4	G	Pridie No.
17	5	E	Nonis		5	A	Nonis
6	6	F	8 Idus	14	6	B	8 Idus
	7	G	7 Idus	3	7	C	7 Idus
14	8	A	6 Idus		8	D	6 Idus
3	9	B	5 Idus	11	9	E	5 Idus
	10	C	4 Idus		10	F	4 Idus
11	11	D	3 Idus	19	11	G	3 Idus
	12	E	Pridie Idus	8	12	A	Pridie Idus
19	13	F	Idibus		13	B	Idibus
8	14	G	19 Cal.	16	14	C	16 Cal.
	15	A	18 Cal.	5	15	D	15 Cal.
16	16	B	17 Cal.		16	E	14 Cal.
5	17	C	16 Cal.	13	17	F	13 Cal.
	18	D	15 Cal.	2	18	G	12 Cal.
13	19	E	14 Cal.		19	A	11 Cal.
2	20	F	13 Cal.	10	20	B	10 Cal.
	21	G	12 Cal.		21	C	9 Cal.
10	22	A	11 Cal.	18	22	D	8 Cal.
	23	B	10 Cal.	7	23	E	7 Cal.
18	24	C	9 Cal.		24	F	6 Cal.
7	25	D	8 Cal.	15	25	G	5 Cal.
	26	E	7 Cal.	4	26	A	4 Cal.
15	27	F	6 Cal.		27	B	3 Cal.
4	28	G	5 Cal.	12	28	C	Pridie Cal.
	29	A	4 Cal.				
12	30	B	3 Cal.				
I	31	C	Pridie Cal.				

Cycl ⁹ Luna ris	Nũc rus dieꝝ	Litereꝝ feria/ rum	Martius
1	1	D	Calendis
	2	E	6 No.
9	3	F	5 No.
	4	G	4 No.
17	5	A	3 No.
6	6	B	Pridie No.
	7	C	Nonis
14	8	D	8 Idus
3	9	E	7 Idus
	10	F	6 Idus
11	11	G	5 Idus
	12	A	4 Idus
19	13	B	3 Idus
8	14	C	Pridie Idus
	15	D	Idibus
16	16	E	17 Cal.
5	17	F	16 Cal.
	18	G	15 Cal.
13	19	A	14 Cal.
2	20	B	13 Cal.
	21	C	12 Cal.
10	22	D	11 Cal.
	23	E	10 Cal.
18	24	F	9 Cal.
7	25	G	8 Cal.
	26	A	7 Cal.
15	27	B	6 Cal.
4	28	C	5 Cal.
	29	D	4 Cal.
12	30	E	3 Cal.
1	31	F	Pridie Cal.

Cycl ⁹ Luna ris	Nũc rus dieꝝ	Litereꝝ feria/ rum	Aprilis
9	1	G	Calendis
	2	A	4 No.
17	3	B	3 No.
6	4	C	Pridie No.
	5	D	Nonis
14	6	E	8 Idus
3	7	F	7 Idus
	8	G	6 Idus
11	9	A	5 Idus
	10	B	4 Idus
19	11	C	3 Idus
8	12	D	Pridie Idus
	13	E	Idibus
16	14	F	8 Cal.
5	15	G	17 Cal.
	16	A	16 Cal.
13	17	B	15 Cal.
2	18	C	14 Cal.
	19	D	13 Cal.
10	20	E	12 Cal.
	21	F	11 Cal.
18	22	G	10 Cal.
7	23	A	9 Cal.
	24	B	8 Cal.
15	25	C	7 Cal.
4	26	D	6 Cal.
	27	E	5 Cal.
12	28	F	4 Cal.
1	29	G	3 Cal.
	30	A	Pridie Cal.

Cyclus lunaris disponitur in calendario per additionem. 8. numerorum: & si excedant numerum. 19. proicitur ipse numerus. 19. & annotatur qui remanet hoc ordine. Cum proicitur numerus. 19. numerus minor, qui inde remanet, annotatur immediate diei sequenti. Si vero numerus additus est maior, quod contingit, quoniam non excedit numerum. 19. tunc in annotatione intermittitur vnus dies vacuus, sicut patet in calendario precedenti: vbi ponitur calendaris Ianuarij numerus. 1. cui si addant. 8. fiunt nouē: qui annotantur intermisso vno die, tertio diei. Si ad. 9. addatur. 8. fiunt. 17. qui intermisso vno die annotantur diei quinto. Si ad. 17. addant. 8. fiunt. 25. à quibus si subtrahant. 19. remanēt. 6. qui immediate annotantur diei sexto tanquam numeri minores, & sic deinceps: & licet aureus numerus tantummodo indicet coniunctionem luminarium: tamen ex ipso est accipitur eorum oppositio hoc pacto. A coniunctione namque luminarium usque ad oppositionem sunt mediū motū, vt ait Ioannes Stoffler. ppositione. 35. sub litera. e. semper sunt dies integri. 14. horę. 18. min. 22. Idem est dicit d. Paulus lib. 14. secundę partis. c. 3. Quare si à die coniunctionis numerationem inceperis, erit ferè semper oppositio luminarium die. 16. à die coniunctionis. Vulgus quoque diem oppositionis nominat lunam. 15. hæc ille. Si ergo volueris inuenire lunationes anno passionis domini: adde annis vitę Christi annos. 45. precedenti eius natiuitatem: & partire totum quoties poteris per. 19. & numerus annorum qui remanet ostendet aureum numerum illius anni: quo require in calendario lunam primam & idem quintadecimam eodem modo quo dictum est: & reperies quod queris, sicut specialiter inferius dicemus. Animaduertendum est autem quod aureus numerus non potest in calendario habere fixam & perpetuam sedem, sed continue paulatim suam sedem anticipat. Nam vt probat Ioannes Stoffler. in suo calendario ppositione. 37. sub litera. I. crescit eiusmodi anticipatio in annis solaribus. 304. ferè ad diem vnum, hoc est ad horas. 23. min. 28. secund. 52. Et ideo aureus numerus Iulij Cæsaris tpe concilij Niceni: quod celebrari coepit anno domini. 323. anticipauerat sedem per vnam diem & paulo amplius: & ideo patres in eodem concilio congregati alium cyclum lunarem instituerunt: & annotauerunt eum per vnum diem ante à cyclo Iulij quantum. s. anticipauerat incipientes ab vnitatem anno domini. 323. & adhuc annuatur in calendarijs, quibus nunc vtimur. hic cyclus tpe nostro iam anticipauit ferè per dies quatuor. Nam ab anno domini. 323. quo institutus est iste cyclus usque ad annum presentem. 1524. fluxerunt anni mille ducenti & vnus, ex quo patet quod ab illo tempore iam anticipauit per dies ferè quatuor, & à correctione calendarij

per Iulium: cyclus ipsius in annis. 1569. iam anticipauit per. 5. dies & paulo plus. Si aut per aureum numerum annotatum in calendarijs nostris volumus inuenire lunationes tempore Christi, oportet vt postponatur per vnum diem, & ostendet lunationes eodem modo, sicut aureus numerus Cæsaris. Si vero per eundem aureum numerum nostrum volumus inuenire lunationes nostri temporis, oportet vt requiramus eas anticipatas per dies quatuor.

*Sexta hypothesis de cyclo solaris ex litera dominicali & bissexto
proueniente. Cap. 6.*

A Sexta hypothesis est de cyclo Solari ex litera dominicali & bissexto proueniente. Dies hebdomadæ distinguntur secundum numerum. 7. planetarum: & in calendario Romano vnicuique dierum hebdomadæ annotatur pro caractere vna ex primis septem literis alphabeti. Illa ergo litera, quæ deseruit diei dominicæ, dicitur litera dominicalis vel solaris. Huius autem literæ dominicalis quotannis mutatio fit ex gemina causa, vt Ioannes Stoffer. dicit in suo calendario propositione secunda, prima est, quoniam annus solaris communis. 365. continet dies: quos si per. 7. diuiseris, videbis in quotiente. 52. hebdomadas & diem vnum residuum. Cum igitur feriarum elementa sint. 7. scilicet a b c d e f g. quibus crebra repetitione omnes complemus & numeramus hebdomadas: tandem vnus erit dies residuus: propter quem in Romano calendario. A. litera in anni principio calêdis Ianuarij: & eadem. A. litera in fine, vltimo die Decembris inseritur. Quare necesse erit anno completo literam dominicalem mutari. Inde etiam palam est easdem literas retrograde numerari. Secunda huius mutationis causa ex anno bissexto oritur. Annus enim solaris C. Iulij Cæsaris ex. 365. diebus & 6. horis conflatur: quæ annuatim collectæ in. 4. anno diem constituunt. Is. 6. calendas Martij hoc est die. 24. Februarij in festo sancti Mathiæ apostoli in litera. F. repetita intercalatur: & ex consecutione fit literæ dominicalis immutatio. Hinc cyclus solaris originem habet. Nam vt ibidem ait Ioannes Stoffer. cyclus solaris vocatur spatium 28. annorum solarium. Cyclus à Græco κύκλος: quod latine sonat orbis, aut circulus. Solaris autem à Sole: non quod Sol in eo spatio temporis cõpleat cursum suum, orbem signiferi aut circulum proprium permeando: sed ideo quod in. 28. annis ad sua debita redeunt principia omnes varietates, quæ ex litera solari, hoc est dominicali ex bissexto.

ac concurrentibus contingere possunt. Rō vero. 28. Tabella cyz
annorum hæc est. Nam cum dies hebdomadæ sint. 7. cli solaris cū
& bissexti tmmodo. 4. anno cōtingant: si per. 4. septē literis domi
multiplicauerimus, emerget numerus annorum. 28. nicalibus.
in quibus oēs varietates, quæ per literam dominica
lem, bissextum & cōcurrentes accidere possunt, in pri
stinam redibunt formā: & bissextus per omnes currit
ferias, vt patet in sequenti tabella.

B	Licet autem Romani prisca nō vsi fuerint ferijs septi-	1	G	E
	manarum: sed distinxerunt annos per menses: & dies	2	E	
	per calendas, nonas, & idus: nihilominus retroceden-	3	D	
	do ab anno præsentis iuxta consuetudinem christiani	4	C	
	populi: qui ferias & hebdomadas obseruat, inquire-	5	B	A
	mus à qua feria Cæsar primum annum solarem ince-	6	G	
	pit, videlicet anno. 45. ante Christū, vt superius ostē-	7	F	
	dimus & probauimus in præcedēti hypothēsi. Nam	8	E	
	præsentis anno domini. 1524. bissextili currunt lite-	9	D	C
	re. C. B. Addantur ergo annis domini prædictis præ-	10	B	
	cedentes anni. 45. à correctione calēdarij per Iulium	11	A	
	Cæsarem ad Christum: & consurget numerus anno-	12	G	
	rum. 1569. partiaris omnes istos simul collectos in	13	F	E
	28. quoties poteris: & inuenies in eis. 56. vicibus im-	14	D	
	pletum esse numerum. 28. cycli solaris ex literis domi-	15	C	
	nicalibus & vnus dies inde remanebit, qui ē dies cor-	16	B	
	rectionis calendarij. Vnde si hoc anno habemus lras	17	A	G
	dominicales. C. B. necesse est, vt in eodem anno corre-	18	F	
	ctionis calendarij retrocedēdo inueniamus similiter	19	E	
	annum bissextilē. C. B. Sed qm̄ ille annus non potuit	20	D	
	esse bissextilis, sed cōmunis ex eo q̄ præcesserit eū an-	21	C	B
	nus confusionis in quo consumpti sunt oēs dies sup-	22	A	
	flui: necesse est vt litera. C. includatur in eodem anno	23	G	
	confusionis. 26. die Decembris, & sic vltimo die De-	24	F	
	cembris fuit feria. 6. & calēdis Ianuarii in exordio an-	25	E	D
	ni correctionis fuit sabbatum: qm̄ tunc mutata est lra dñicalis, que	26	C	
	fuit B & cū B annotetur secundæ diei Ianuarii, patet q̄ eo anno ca-	27	B	
	lendis Ianuarii, vbi annotatur lra A fuerit sabbatum. Hoc ē proba-	28	A	
	rum ex tabulis Alphonsinis q̄. s. tunc fuerit congressio luminariū ca-			
	lendis Ianuarii in sabbato, vt affirmat. d. Paulus ep̄s. ex obseruatio-			
	nibus Ptolemæi, & ex alijs tabulis idem pbatur. Nam, vt diximus in-			

præcedenti quinta hypothefi, Ioānes Stoffler. inuenit hanc lunina-
 rium cōiunctionem ante Chrifū anno. 45. die prima Ianuarii ho-
 ra. 6. min. 44. fecund. 55. à meridiē numerādis videlicet post Solis
 occubiturum: & dñs Paulus ep̄s dicit in. 12. lib. fecundæ partis. c. 3. cō-
 perimus hāc lunationem factā fuiſſe anno. 45. ante Chrifii natiui-
 tatem iuxta vſitatā computationē die prima Ianuarii horis. 7. min.
 6. fecūd. 35. poſt meridiē, cum. ſ. iam Sol ipſe occiderit. Veram autē
 coniunctionem factā inueni hora vna min. 50. poſt mediā noctem
 euſdē diei. ſ. inter diē veneris & ſabbatū. Vnde patet q̄ incipienti-
 bus diem ab occaſu Solis: hęc lunatio ſm mediū motum fuit in
 principio ſabbati. Incipiētibus vero diē à media nocte ſm verū mo-
 tum fuit etiā in principio ſabbati. Siue ergo Cæſar acceperit diem à
 media nocte: ſiue ſm alios ab occaſu Solis: certū eſt Cæſarem hanc
 lunationem annotaſſe diei, qui ſucceſſit occaſui Solis, vel mediæ no-
 cti. Et licet in ſupputationibus temporū obſeruētur motus mediū, q̄
 ſunt vniformes: potius q̄ veri motus, q̄ ſunt diuerſi: tñ quia tūc Cæ-
 ſar inſtituit initū emendationis temporū, congruum fuit, vt ſolū in
 tali exordio obſeruaret verā lunationem, ſi diem incepit à media no-
 cte: obſeruatis deinceps in ſequētibus, mediis lunationibus. Si vero
 incepit ab occaſu Solis, nulla dubitatio eſt, quin hęc lunatio eſt ſm
 mediū motum p̄tineat ad ſabbatum cū fuerit poſt Solis occubitū.
 Nūc vero ad ſequentes l̄ras dñicales & annos biſſextiles trāſeamus.
 Præcepit nāq̄ Cæſar ſacerdotibus poſtq̄ emēdauerat calendariū, vt
 anno. 4. cōpleto intercalaret vnum diē. 6. calēdas Martii, vt in ſecū-
 da hypothefi ſupius p̄bauimus ex authoritate Macrobi & Solini:
 & ipſi anno. 4. non pacto, ſed incipiēte intercalarunt. Vnde ipſa pri-
 ma intercalatio à ſacerdotibus facta eſt anno. 4. incipiēte à correctio-
 ne calendarii: qui erat annus tertius à promulgatione ipſius: & ſic
 inde ipſi ſacerdotes cōnumerantes annos à promulgatione calenda-
 rij ſucceſſiue de anno tertio in tertium contra iuſſionem Cæſaris in-
 tercalarunt ſpatio. 36. annorum ſcilicet ab ipſa promulgatione ca-
 lendarii: quam præceſſerat annus correctionis. Sed poſtea hoc emen-
 dauit Auguſtus: qui iuſſit annos. 12. ſine intercalatione decurrere:
 quorum. 8. præceſſerant Chrifii natiuitatem: & quatuor ſubſecuti
 ſunt. Vnde & quarto anno à natiuitate Chrifii: non fuit biſſextus:
 ſed anno cētavo ſequenti cum iam literæ dominicales ad locum
 ſuum poſt quartum Chrifii annum redierunt iuxta Cæſaris ordina-
 tionem. Vt autem hoc apertius pateat propterea ſubſequentem ta-
 bulam deſcripſimus.

DE VERO DIE
Tabula verax iuxta verba Macrobij & Solini

Anni à correctio- ne calendarij cū li- teris dñicalibus.	Anni correct.	Anni cor.	Anni chrī
1	28	55	10
2	29	56	11
3	30	57	12
4	31	58	13
5	32	59	14
6	33	60	15
7	34	61	16
8	35	62	17
9	36	63	18
10	37	64	19
11	38	65	20
12	39	66	21
13	40	67	22
14	41	68	23
15	42	69	24
16	43	70	25
17	44	71	26
18	45	72	27
19	46	73	28
20	47	74	29
21	48	75	30
22	49	76	31
23	50	77	32
24	51	78	33
25	52	79	34
26	53	80	35
27	54	81	36

Anni à natiuitate dñi

hucusq̄ emēdatio

Passio
Chrī

Ex hac tabula digesta fm verba Macrobij & Solini patet q̄ annus conceptionis Christi fuit anno. 45. à correctione calendarij: & in fine illius anni natus est Christus die. 25. Decembris eadē litera dominicali B adhuc per septem dies currente. Vnde octauo die à natiuitate Christi, scilicet calendis Ianuarij mutata est litera videlicet A. quę deferuit anno primo Christi in computatione sumpra à ca-

lendis Ianuarij. Hic primus annus à natiuitate Christi fuit. 46. à correctione calendarij per Iulium Cæsarem. Vnde manifestum est ex hac euidentissima ratione, q̄ anni domini s̄m vs̄m ecclesiæ computantur ab eius natiuitate; qui reducuntur ad calendas Ianuarij immediate sequentis ablatis præcedentibus diebus septem. Cogit me veritas nunc amici mei errorē detegere. Amicus meus dominus Paulus episcopus Forosempronienſis: sed magis amica veritas. Describit nāq̄ idem dominus Paulus tabulam literarum dominicaliū & bissextorum ante Christum & tempore Christi in. 1. 2. libro secundæ partis suæ Paulinæ; quam aliter digessisset, si diligentius verba Macrobij & Solini considerasset. Ex dictis & probatis facile possumus eius tabulæ nonnullos errores pandere. In primis enim anno primo correctionis calendarij non annotat literam. B. sed addit superiorem literam. C. vno, scilicet anno tabulæ adiecto. Quare describit conceptionem Christi anno à correctione calendarij. 46. Coactus est autem addere literam. C. quia plus vnum bissextum ponit anno. 4. Christi. Ex quo bissexto deficiebat sibi annus vnus, quem eo modo restaurauit. Opinatus est ergo fuisse feriam sextam calendis Ianuarij, quoniam Iulius Cæsar calendarium emendauit, vt ipse attestatur se hoc cōputasse ex obseruationibus Ptolemæi, licet afferat iuxta tabulas Alphonsinas tunc fuisse sabbatum. Sed si considerauerimus obseruationes Ptolemæi in codicibus non vitiatis: quas imitatus est Alphonsus, absq̄ dubio reperiemus tunc fuisse sabbatum, vt superius iam declarauimus: non solum ex computatione Astronomica, sed etiam ex computatione literarum dominicalium retrocedendo ab hoc tempore ad illud. Et quoniam vno errore dato plures inde sequuntur: ideo ipse alium errorem addidit, quia primū bissextum factum errore sacerdotum assignat anno tertio incipienti à correctione calendarij: quod est contra sententiam Macrobij & Solini: qui fideliter rem gestam describētes dicunt sacerdotes primum bissextum fecisse anno quarto incipiente. Sic itaq̄ inde omnes bissexti de triennio in triēnium ab eo non describuntur in sua tabula eo anno, quo à sacerdotibus facta est intercalatio. Ex hoc ergo erroneo fundamento cogitur enumerare annos domini à sua conceptione contra vs̄m diu seruatum per ecclesiam Romanam & contra prædictam euidentem rationem à nobis inductam. Deinde ponit anno Christi quarto bissextum: quem nos tunc non fuisse ex conuenienti computatione monstrauimus. Nam ex quo sacerdotes quarto anno incipiente à correctione calendarij iuxta sententiam Solini

& Macrobij primam intercalationem fecerunt: deinde intercalationes de triennio in triennium obseruarunt: patet q̄ vltima eorum in debita intercalatio quæ fuit duodecima peruenit vsq̄ ad annū. 37. à correctione: qui fuit. 36. à promulgatione calēdarii. Inde ergo secuti sunt anni. 12. absq̄ intercalatione: quorū. 8. præcesserunt Christi natiuitatem &. 4. subsecuti sunt. Ideo quarto anno à Christi natiuitate non fuit bissextus. Sed dominus Paulus anno quarto Christi, qui est. 49. à correctione calēdarii, annotat bissextum in literis F.E. & sic minuit annum, quem in prima litera. C. ante. B. in sua tabula in principio superaddiderat: ex eo q̄ putabat Cæsarem correctionem calēdarii calendis Ianuari à feria sexta non à sabbato incepisse. Quod totum ex imaginatione sua adinuenit mente sua cōfingens nouum errorem sacerdotum. Licet autem sacerdotes ex in debita intercalatione per triginta sex annos errauerint: tamen post emendationem factam per Augustum, qui absq̄ intercalatione ire iussit annos. 12. nullum alium errorem fecerunt. Sed dñs Paulus in 12. libro secundæ partis suæ Paulinæ absq̄ authore proprio sensu confingit, vt diximus, alium errorem sacerdotum post annos. 12. absq̄ intercalatione peractos. Affirmat enim Iulium Cæsarem instituisse primum annum solarem communem & quartum bissextilem: sed sacerdotes, quibus intercalandi potestas commissa fuerat, errorem in intercalando cōmisisse: Quem cū Augustus animaduertet, iussit. 12. annos sine intercalatione decurrere, vt cyclum Cæsaris in integrum restitueret. Sed tunc per sacerdotes error fuit cōmissus facientes annum quadragesimum nonum bissextilem: quem iuxta decretum Iulij Cæsaris debebant facere communem. Fuit enim hic annus primus post illos. 12. annos sine intercalatione transmissos: Quo factum fuit, vt cyclus Iulij ab Augusto in integrum restitutus denuo per incuriam, immo per negligētiam sacerdotum fuit interruptus. hæc ille ad verbum. Sed licet verum sit quod dicit de errore sacerdotum post emendationem Iulij Cæsaris: tamen fictitium & falsum est quod adiungit de ipsorum alio errore post emendationem Augusti: & est contra ea quæ dicit Solinus & Macrobius: Qui manifeste ostendunt post emendationem Augusti sacerdotes nullum alium errorem fecisse. Nam post emendatum calēdarium per Augustum dicit Solinus. Ex qua disciplina omnium postea temporum fundata ratio est. Et Macrobius multo euidentius dicit. Post hoc vnum diem fm ordinationem Cæsaris quarto quoq̄ anno intercalari iussit Augustus: & omnem hunc ordinem æræ tabulæ ad æter-

nam custodiam incisione mandauit. Hæc Macrobius. Manifestum est ergo q̄ post emendationem Augusti, nullus alius error fuit sacerdotum. Itaq; anno à correctione calendarij quadragesimonono, qui fuit annis domini quartus: non fuit intercalatio: quam ibi indebite annotat dominus Paulus, Sed fuit postmodum intercalatio anno quinquagesimotertio, videlicet anno Christi octauo, vt nos annotauimus. Quia ergo dominus Paulus anno quarto Christi superfluum bissextum facit: quo subtrahitur annus quem in principio tabulæ addiderat, ex hoc sequitur q̄ transeat à sua computatione facta ab incarnatione, & conuertatur ad nostram computationem ecclesiasticam factam à natiuitate: statim post quartum annum à natiuitate Christi reductis iam literis dominicalibus ad ordinem per Cæsarem institutum, cum scilicet sequitur litera. D. anno quinto natiuitatis Christi. Et ab eo anno & deinceps anni, quos ipse describit ab incarnatione: vere à natiuitate sumuntur: & conueniunt nobiscum in annis à natiuitate, siue à calendis Ianuarij sumptis, quando mutatur litera dominicalis. Hæc ergo est illa ratio euidētissima ad probandum annos domini à natiuitate sumi debere: quam superius promissimus in hypotesi tertia. Vt autem quæ dixi manifestius pateant: dñi Pauli tabulam erroneam subiungam.

DE VERO DIE

Tabula erronea ex libro. I. 2. secundæ partis Paulinæ.

C Anni à correctione calendarii cum literis dominicalibus

1	C	28	B	55	10	E
2	B	29	A	56	11	D
3	A G	30	G F	57	12	C B
4	F	31	E	58	13	A
5	E D C	32	D	59	14	G F
6	B	33	C B	60	15	E D
7	A	34	A	61	16	F C
8	G F	35	G B	62	17	B A
9	E	36	F	63	18	C
10	D C B	37	D	64	19	A G E
11	A	38	C	65	20	B
12	G E	39	B	66	21	A G E D
13	F	40	A	67	22	C B
14	D C	41	G F	68	23	A
15	B A	42	F E	69	24	B G
16	G	43	D	70	25	F E
17	C A	44	C	71	26	D C
18	F D	45	B	72	27	B A
19	E	46	A	73	28	G F
20	D	47	G	74	29	E D
21	C	48	F E	75	30	B A G
22	B A G	49	D	76	31	F E
23	F	50	C	77	32	D C
24	E	51	B	78	33	B A
25	D C	52	A G	79	34	A G
26		53	F	80	35	
27		54		81	36	

Hæc igitur tabula eius continet, vt diximus, plures errores: quos nunc per epilogum repetimus. Primus error est: quia superaddit author vnam literam scilicet. C. & ex consequenti vnum annum contra rationem dictam. Alius error est, quia non quarto anno à correctione calendarii primum bissextum deordinationis sacerdotum ponit: sed tertio ab addita litera. C. Qui tamen est secundus à litera. B. cuius annus fuit primus emendationis calendarii: & inde omnes bissexti eius non seruant ordinem facta deordinatione

in principio. Demum annotat bissextum anno. 4. Christi: qui sup-
 fluit: sed tñ illo posito fit reductio ad verã computationem sumprã
 à Christi natiuitate sãm vsũm cõem ecclesiã. Sicut qñq; bonus dor-
 mitat Homerus: sic & iste dñs Paulus in prædictis, & in aliquibus
 alijs dormitauit: & in quibusdam sibiipsi uidetur cõtradicere. Nam
 in hac tabula nullum ponit bissextum annis nouem ante Christũ:
 & tamẽ in libro. 11. secundæ partis dicit annum ante natiuitatem
 Christi fuisse bissextilem: & annum. 5. & 9. nisi forte hoc intellexe-
 rit, q; tunc fuisset bissextus, nisi sacerdotes in errorem indebite inter-
 calãdo incidissent. In annis etiam bissextilibus errauit Dionysius ab-
 bas Romanus in sua tabula: quia ponit annum ante Christi incar-
 nationem bissextilem in literis. D. C. & annum similiter quartum
 domini bissextilem in literis. F. E. & consequenter errauit in anno
 passionis Christi. Recte tamen ponit literam. B. anno incarnatio-
 nis dominicæ.

Septima hypothesis de tempore Olympiadum. Cap. 7.

Septima hypothesis est de tempore Olympiadum. Cum
 Græci tempora supputent per Olympiades: quæ instituz
 to nostro deseruiunt: inquirendum est vnde dicatur Olym-
 piades: & quot annos contineat: & quando sumpserunt ini-
 tium prædictæ Olympiades: & quo tempore ipsarum anni exordiã-
 tur. Sicut ait Eusebius & Isidorus in. 5. etym. Olympia ludi erant, q;
 in honorem Iouis Olympij apud Pisam & Elidem Græciã oppida
 celebrabãtur, hoc est gymniciũ certamen, quod quinto quoq; anno
 fieri solebat. Sed quoniam, vt ait Eusebius, in gymnico certamine vi-
 ctore primo existente Chorebo Helinése: Helij agunt quinquẽnale
 certamen quatuor annis in medio expletis, in quibus principes an-
 ni constituebãtur quatuor: Idcirco Iphitus filius Praxonidis siue
 Hemonis primus instituit Olympiadem ex quatuor annis ad ordi-
 nem temporum digerendum. Vnde Olympias dicta apud Græcos
 quatuor annorum continet spatium: vt etiam Solmus, Eusebius,
 Africanus, Flegon, & alij plures attestantur. Et exinde Græci tem-
 pora ab Olympiadibus cõputate cœperunt ita numerantes. Olym-
 piadis primæ aut secundæ aut centesimæ anno primo, vel secũdo, vel
 tertio, siue quarto. Cõstant sanè, vt ait Eusebius, Æschyli Atheniẽ-
 sium iudicis secundo anno primam Olympiadem actam simul cũ
 gymnico certamine. quæ incepit integris annis septingentis se-

775 ptuagintaquinque ac tribus mensibus ante Christi natiuitatem, v t
 Eusebius in libro de temporibus annotat. Anni autem Olympiadum apud Græcos incipiunt ab æquinoctio autumnalis: quod probatur ratione simul & authoritate. Nam eo anni tempore initium habent ipsi anni Olympiadum: quo annus ipse apud Græcos habet exordium: cum Olympiades ab ipsis Græcis institutæ sint ad veram annorum distinctionem vt certitudo rerum gestarum per determinata tempora plenius habeatur. Dicit enim Africanus in tertio annalium libro. Vsq; ad Olympiades nihil exploratum in historia Græcorum inuenitur: sed omnia confusis conscripta temporibus sunt. Post Olympiades vero, quoniam quadriennio diligentissime omnia notabantur, nulla penitus confusio temporum fit. hæc ille. Sed apud Græcos anni principium est in æquinoctio autumnali, vel propè ipsum æquinoctium. Nam Alphonsus in tabulis describit menses Græcorum ad annos Alexandri magni regis ab Octobri incipientes. Et Rogerius Bacho in epistola ad Clementem. s. dicit Græcos anni exordium sumere à lunatione Octobris. Et hic primus mensis apud Græcos, vt dicit Alphonsus, vocatur Tisrim: qui mensis partim, sed raro, curreat cum Septembri in calendario Romano: & partim sæpissime cum Octobri. Huius causa erat: quoniam Græci habent menses mobiles sicut Hebræi, & non menses fixos & stabiles, vt Romani. Et sumunt anni principium à lunatione propinquiore æquinoctio autumnali: quod vt plurimū accidebat in Octobri: licet etiam quandoq; iuxta finem Septembris. Tunc ergo incipiebant anni Olympiadum. In fine autem anni eorum: scilicet in mense Septembri fiebat mensium intercalatio, vt refert Glaucippus: & tunc fiebat agone gymnicus, quo nudi ludebant. Pindarus autem dicit eiusmodi ludicra ab vndecima ad. 16. diem, hoc est quinque diebus perdurasse. Et agone gymnico peracto in fine æstatis: incipiente mox autumno, erat eis principium anni simul & Olympiadum. Quod autem prædicti ludi fierent eo tempore quo dictum est, manifeste ostendit Titus Liuius: qui in septimo libro tertiæ decadis ait. Olympiæ ludicra ea æstate futurum erat: quod maximo coetu Græciæ celebraret. hæc ille. Cū ergo dicit: ea æstate: non de principio & medio: sed de fine æstatis loquitur, vt dictum est. Idem affirmat Censorinus in libro de die natali, capite de annis Romanis, vbi dicit. hic annus velut index & titulus quidam est Vlpij & Pontiani consulatus ab Olympiade prima, millesimus est & quartusdecimus ex diebus duntaxat æstiuis,

quibus agō Olympiacus celebratur. hæc ille. Et quoniam Octavianus Augustus iuxta finem æstatis mense Augusto de Alexandria Aegypti triumphauit propè id tempus, quo fiebat gymnicum certamen: postmodum etiam ipse Romæ instituit eodem tempore ludos & certamina s̄m ritum Græcorum. Nam completo quarto anno. 193. Olympiadis: & incipiente primo. 194. Olympiadis, sicut in Eusebio de temporibus annotatur, Augustus gladiatorum ludum & nauale certamen exhibuit. Tunc etiam instituit inditiones tributorum, videlicet anno tertio ante Christi natiuitatem in autūni principio. Vnde & tabelliones ad inueniēdum anni inditionem in publicis instrumentis inserendam, quæ tribus lustris perficitur, idest. 15. annis addunt annis domini tres annos: & partiuntur vniuersam annorum summam in. 15. quoties possunt: & numerus qui inde remanet, indicat anni currentis inditionem, vt etiam Gulielmus Durantus affirmat in rationali diuinorum officiorum. Hæc inditio tributorum & census licet facta fuerit primo anno Olympiadis. 194. tamen executioni mandari cœpit anno sequenti. Propterea Eusebius anno secundo dictæ Olympiadis hæc scribit. Edicente Cæsare ex senatus consultu Quirinus siue Cyrinus in Iudæam missus, census hominum possessionesq; describit. Quod & conuenit euangelio Lucæ secundo vbi dicitur. Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præfide Syriæ Cyrino. & anno quarto dictæ Olympiadis: dum adhuc fieret solutio census, Christus iuxta solstitium hyemale natus est. Augustus ergo vt conformis in hoc esset Græcis in principio annorum Olympiadum, posuit firmam sedem inditionum, videlicet octauo calendas Octobris, hoc est vigesimo quinto die Septembris in ipso autumnali æquinoctio, ne accideret in computationibus error. Nam, vt dicit Ioannes Stoffler, in suo calendario, propositione tricesima quarta sub literis. Nn. prisca quarta & vigesima die Septembris æquinoctium autumnale collocauerūt. hæc ille. Quare tabelliones imperiali authoritate fungentes mutant inditiones die vigesimo quarto Septembris. Et ideo periti cōputatores temporum ab eo die incipiunt annos Olympiadum tanq̄ à firma & stabili sede. Tabelliones vero pontificali authoritate pollentes in curia Romani pontificis mutant inditiones vltterius per tres menses: scilicet in die natiuitatis domini, qñ anni Christi mutātur, vt patet in actis concilij Cōstantiensis, in quibus mutat̄ annus dñi & inditio simul in die natiuitatis Christi. Hoc autem fecit pōtifex,

vt simul cōcordaret annos domini & indictiones. Hinc arbitror au-
thorem supplementi chronicarum fuisse deceptum: qui absq̄ ratio-
ne & authore vllō dicit annos Olympiadum in hyemali solstitio in-
cipere, quia forte considerauit indictiones pontificales & non impe-
riales, vel fallacia deceptus est: quoniam authores Græci in fine sui
anni dicunt fieri gymnicum certamen: & ipse non accepit finē anni
Græcorum in calce æstatis, vt ipsi ponunt: sed in fine anni Romano-
rum iuxta solstitium hyemale: ac trāsiuit à fine anni Græcorum ad
finem anni Romanorū. Ab imperialibus ergo indictionibus & non
à pontificalibus: & ab æquinoctio autumnali, non à solstitio hyema-
li, anni Olympiadum sumunt initium. Non est mirandum si plures
authores Græci non dicant quo mense inceperunt anni Olympia-
dum: quoniam hoc apud eos erat notissimum, q̄ eo tēpore incepe-
rint quo eis anni erat exordium.

*Octaua hypothesis de annis Imperatorum Romanorum tempore Chri-
sti computatis ab urbe condita. Cap. 8.*

Octaua hypothesis est de annis Imperatorum Romano-
rum tempore Christi computatis ab vrbe condita. Quā
anni Christi in euangelio computātur per tempora Ro-
manorum Imperatorum: ideo necessarium est nobis eorū
notitiam habere per computationem annorum tam Olympia-
dum q̄ vrbis cōditæ. Sed prius oportet agnoscere quo tempore Ro-
ma condita fuit. Romanæ vrbi, quam Romulus condidit, ipse &
nomen imposuit vt M. Varro, Titus Liuius, & Sallustius affirmāt.
Tempus vero quo Romana vrbs condita est, describitur ab Eutro-
pio, qui ait. Romulus cum iter pastores latrocinaretur, decē & octo
annos natus urbem exiguam in Palatino monte constituit. i. z. ca-
lendas Maias Olympiadis sextæ. Idem affirmat Orosius. Currebat
quidem tunc quartus annus sextæ Olympiadis. Dionysius autem
Halicarnasseus describit eam cōditam anno primo septimæ Olym-
piadis, & similiter Solinus. Nec tñ Dionysius & Solinus plurimum
differunt ab Eutropio & Orosio: sed simul aliquo modo cōueniunt:
quia idē primus annus cōditæ vrbis ferè dimidius fuit in fine sextæ:
& penè dimidius in principio septimæ Olympiadis: quoniā Roma
condita est medio vere die. z. o. Aprilis: Olympiadum vero anni incī-
piunt iuxta autumnī equinoctium. Itaq̄ pars anni illius fuit in fine
p̄cedentis Olympiadis, & in principio subsequentis. Romani vero,
quos

quos Orosius & Eutropius imitatur, ex publica fide annaliū Romanorū incipiunt primū annum conditæ vr̄bis à .4. anno sextæ Olympiadis. Quod p̄batur ex hoc, q̄ imperatibus Romæ duobus Philip-
 248 pis patre videlicet & filio anno dñi ducētesimo quadragesimo octa-
 uo: millesimus annus Romanæ vr̄bis fuit: & tunc, vt ait Pōponius
 Lætus eorū anno secūdo ingēti pompa magnoq; sumptu & appara-
 tu, seculares ludī anno, s. millesimo ab vr̄be cōdita. 12. calēdas Maij
 celebrati sunt. Ab anno aūt. 4. sextæ Olympiadis vsq; ad annum. 3.
 Olympiadis. 256. cum fuit annus secundus p̄dictorū imperatorum
 sunt Olympiades. 250. quæ cōtinent annos mille. Et ab vr̄be con-
 dita vsq; ad Christi natiuitatē, vt ait Paulus Orosius fuerunt anni
 752. Quos si coniunxeris annis dñi. 248. quo tempore fuit annus
 millesimus vr̄bis: similiter cōficiēs millenariū numerum. Idē confir-
 matur ex verbis Censorini: qui authorem Varronē imitatus ait in
 libro de die natali, capite de annis Romanis. De Olympiadum tpe
 fuit aliqua inter authores dissensio in sex septēue tātummodo annis
 versata. Sed hoc quodcūq; caliginis Varro discussit: & p̄ cætera sua
 sagacitate nunc diuersarū ciuitatum conferens tempora: nunc dese-
 ctus eorumq; interualla retro dinumerans, eruit verū, lucemq; osten-
 dit, per quā numerus certus non annoꝝ modo, sed & dierū perspicī
 possit. Secūdum quā rōnem, nisi fallor, hic annus cuius velut index
 & titulus q̄dam est Vlpij & Pontiani cōsulatus ab Olympiade pri-
 1014 ma millesimus est & quartusdecimus ex diebus duntaxat æstiuis:
 991 quibus agon Olympiacus celebratur. A Roma autem cōdita non-
 gentesimus nonagesimus primus: & quidem ex palilibus vnde vr̄bis
 anni numerantur. hæc ille. Si ergo ab annis. 1014. ex prima Olym-
 piade accipris: minuas annos. 23. hoc est Olympiades sex vno an-
 no minus ante vr̄bē conditam: residui erūt anni cōditæ vr̄bis. 991
 vt recte cōputat Censorinus ab anno. 4. sextæ Olympiadis. Et ideo
 potius tenendū est Romā conditam propè finē sextæ Olympiadis:
 B q̄ iuxta principium septimæ. Nunc vero describendi sunt anni impe-
 ratorum tēpore vitæ Christi per annos Olympiadū & vr̄bis conditæ:
 qm̄ Christus natus est sub Cæsare Augusto: & passus est sub Ti-
 berto successore ipsius. Quot annis imperauerit Augustus, licet di-
 uersis modis describant Chronographi & historici, tamen vnā con-
 ueniunt, si diligenter inspiciātur. Nam alij sumunt initium imperij
 eius à nece Iulij Cæsaris: alij à primo eius consulatu vel à triumui-
 ratu: alij ab Aegypto subiugata: alij vero à Monarchia Augusti. Et
 ideo prius dicendum est, quo anno Iulius Cæsar occisus est. Eu-

709 Eutropius scripsit Iulium Cæsarem interemptum fuisse anno ab vrbe condita septingentesimo ferè ac nono. Dicit autem ferè quia iuxta finem anni septingentesimi noni occisus est. Nam conspiratione Bruti & Cassij idibus Martij hoc est die. 15. mensis eiusdem gladijs confossus interiit sexto & quinquagesimo ætatis anno auctore Suetonio. Et completus est idem annus conditæ vrbis septingentesimus nonus die. 20. Aprilis immediate sequentis, quâdo sumitur initium annorum ab vrbe condita: ac de illo anno deficiebat vnus mensis & dies quinq; vt ex computatione patet. Præcedenti autem anno ipse Cæsar emendauerat calendarium, vt supra dictum est. Quod etiam ipse Cæsar fuerit interemptus anno ab vrbe condita 709. confirmari potest per scripta C. Iulij Solini: qui ab vrbe condita vsq; ad consulatum Hircij & C. Pansa, computat annos. 710. Nam post occisum Cæsarem idibus Martijs, statim fasces susceperunt Antonius & Dolabella, & inde sequentibus calendis Ianuarij fuerunt consules Hircius & Pansa anno scilicet ab vrbe condita. 710. Imperauit autem Iulius Cæsar post dictaturâ in iram tribus annis & septem mensibus scilicet Iosephum & Egisippum. Nam anno ab vrbe condita. 706. inchoato, & anno primo penè cõpleto Olympiadis. 183. dictaturam iniit; & anno vrbis conditæ. 709. atq; anno. 4. prædictæ Olympiadis periit. Licet autem Eusebius in libro de temporibus annotet imperio eius annos quatuor & menses. 7. non propter hoc tanto tpe imperauit: quâ idem Eusebius adiungit imperio eius duos ferè annos vacantis imperij post cædem Cæsaris: anteq; Octavianus consulatû & triumuiratû acciperet: à quo tempore Eusebius & deinceps enumerat annos imperij Augusti. Consuevit enim Eusebius interregni annos præcedenti regi adijcere: quod & fecit primo regi Romulo. Nam licet ille regnasset annos. 37. tamen ipse annotat regno eius annos. 38. superaddens ei annum vacantem inter mortem Romuli & primum annum Numæ Pompilij. Tempore autem necis Iulij Cæsaris, Octavius agebat annum decimum octauum, vt placet Suetonio, Lucio Floro, & Eutropio. Erat autem ferè in dimidio anni decimi octauj: quoniam auctore Suetonio natus est Octavius die. 23. Septembris, & à Septembri ad Martium est anni dimidium. Quod autem post mortem Cæsaris fuerint ferè duo anni vacantis imperij facile probatur ex Appiano Alexandrino diligentissimo ciuiliū bellorum scriptore: Qui dicit Octavianum Augustum defuncto Cæsare paucarum virium extitisse. Nam post Cæsarem intereptum sequentibus postea Calendis Iannarij;

Hircius & Pansa consules fuerunt. Quibus occisis: inde subsequen-
 tibus calendis Ianuarij primum consulatum cum Quinto Pedio
 sibi cohærede violenter assumpsit. Dicit enim Suetonius. Consula-
 tum vigesimo ætatis anno inuasit. Inceperat autem vigesimum an-
 num per tres menses & hebdomadam, scilicet quatum est à die. 23.
 Septembris, quando natus est, vsq; ad calendas Ianuarij, cum accep-
 tit primum consulatum. Sic ergo intercesserunt à morte Cæsaris
 ad primum Octauij cōsulatum duo anni, videlicet minus duobus
 mensibus cum dimidio, scilicet quantum est à calendis Ianuarij ad
 15. diem Martij quando Cæsar occisus est. Paulo post primum cō-
 sulatum Octavianus triumuiratum adeptus est cum M. Antonio;
 & M. Lepido. Si ergo anni Augusti enumerentur à cæde Cæsaris, à
 quo fuerat hères institutus, fuerunt anni. 58. menses. 5. dies. 4. vide-
 licet ab anno. 18. ætatis suæ in dimidio currente vsq; ad ipsius obi-
 tum, qui authore Suetonio fuit. 19. die Augusti septuagesimo & se-
 xto ætatis anno: de cuius ætatis anno vltimo deficiebāt dies trigin-
 taquatuor, videlicet quantum est à die. 19. Augusti, quando obiit,
 vsq; ad diem. 23. Septembris tunc sequentis, quando natus fuerat.
 Et ita cōputat Cornelius Tacitus: qui dicit ipsum imperasse annos
 58. licet de mensibus & diebus taceat. Et sicut Eusebius illos ferè du-
 os annos vacantes attribuit Cæsari: ita versa vice Cornelius Tacit-
 us eosdem adiungit Augusto. Sed melius enumerantur anni pro-
 prij imperij eius à primo consulatu: vel à triumuiratu, vt Sueto-
 nius, Eutropius, & Eusebius computant. Sicq; à primo consulatu
 ad obitum suum imperauit ānos quinquaginta sex menses septem
 dies. 19. quoniam primum consulatum accepit calendis Ianuarij
 anno. 20. ætatis suæ inchoato per tres menses & hebdomadam: &
 obiit die. 19. Augusti. 76. ætatis anno minus diebus. 34. Si vero
 computētur eius anni ab Aegypto subiugata postq̄ à triumuiratu
 penè transierant anni. 12. vt Græci enumerāt à mense Augusti: tūc
 fuerunt imperij eius anni ferè. 45. Si autem à monarchia eius post
 duos annos & paucos menses postq̄ subiugauerat Aegyptum, quā-
 do monarchiam assumpsit, vt ait Censorinus calēdis Ianuarij, quā-
 uis, vt ipse dicit, & ante diem. 16. calendas Februarij Iulij Cæsaris
 diui filius Imperator Augustus sententia Numatij Planci à senatu
 ceterisq; ciuibus appellatus est: tunc anni monarchiæ ipsius fuerunt
 quadragintatres, sed non integri. Obiit autem Augustus anno ab
 vrbe condita. 767. & anno secundo penè completo Olympiadis
 198. die. 19. Augusti: per mensem & paucis diebus ante initiū ter-

tij anni prædictæ Olympiadis. Dicit enim Eutropius libr. 7. Anno ab vrbe condita. 767. ipse Augustus rem. p. beatissimam Tiberio successori reliquit. Qui priuignus ei: mox generi postremo adoptiuus filius fuerat. Idem confirmat Orosius. Mortuo igitur Augusto, successit ei idem Tiberius: & imperij eiusdem anni à morte Augusti enumerantur: quia mox à populo Romano tanq̃ imperij hæres Imperator appellatus est: licet aliquãdiu distulerit exequi rei. p. gubernationem. Obijt autem Tiberius, vt Suetonio placet, octauo & septuagesimo ætatis anno: tertio & vigesimo imperij. 17. calendas Aprilis, hoc est die. 16. Martij. his præsuppositis soluamus nodum propositæ quæstionis.

Solutio quæstionis.

Cap. 9.

A Ropositam quæstionem de anno, mense, & die passionis & mortis Christi primo determinabimus. Deinde vitæ ipsius nonnulla tempora digeremus. Demum soluemus siquid obiectum fuerit in oppositum. Quãtum pertinet ad tempus passionis Christi duo firmiter tenenda sunt ex euãgelica doctrina iuxta vsum ecclesiæ, vt superius diximus in prima hypothesis, videlicet q̃ Christus mortem passus est luna. 15. primi mensis & q̃ tunc erat feria sexta, quam diem veneris dicimus. Quæ duo inquirenda sunt per lunationes & per ordinem literarum dominicalium. Ad reperiendam ergo lunam. 15. primi mensis recurrendum est ad cyclum lunarem. 19. annorum. 1. aureũ numerum Iulij Cæsaris: qui ostendit lunam primam: & ex consequenti per datam regulam superius cognosci potest luna. 15. s̃m medium cursum, vt erat in vsu apud Hebræos. Tunc autem iste cyclus. 19. annorum Iulij Cæsaris cum institutus fuerit circa tempora Christi: deseruit ad inueniendã lunam. 15. primi mensis, quando passus est dominus. Et quoniam (vt supra dictum est) ipse Iulius ante natiuitatem Christi annis. 45. correxit calendarium: & tunc annotauit vnitatem aurei numeri calêdis Ianuarij: si volumus scire quotus fuerit aureus numerus Cæsaris tempore passionis Christi: addamus prædictos. 45. annos præcedentes Christi natiuitatem: annis vitæ Christi: & inueniemus q̃ anno. 33. vitæ Christi cõsurgat numerus annorum. 78. Partiamur ergo totum collectum in. 19. annos quoties possumus, & reperiemus q̃ quater vicibus aureus numerus perfecit cyclum suum. Nam decem & nouem anni quater ducti fiunt. 76. Ita q̃ si ascẽ,

damus vsq; ad numerum. 78. remanebunt nobis de aureo numero secundo. Ergo anno domini. 33. iuxta cyclum lunarem Iulij Cæsaris fuit aureus numerus. 2. & sequenti anno domini videlicet. 34. fuit aureus numerus. 3. Iulius autem in suo calendario, vt superius patet in hypothefi quinta, annotauit aureum numerum binarium die. 20. Martij; & aureum numerum. 3. die nona eiusdem mēsis; & sic ordo aurei numeri requirebat, vt superius dictum est. Anno ergo domini. 34. quando fuit aureus numerus. 3. luna prima mensis primi fuit die. 9. Martij; & ideo luna. 15. fuit die. 23. eiusdē. Non ergo potuit esse luna. 15. die. 25. Martij; sed tunc fuit luna. 17. ergo tunc non est passus Christus, cum iuxta euangelium luna. 15. passus fuerit. Anno vero præcedenti videlicet. 33. vitæ Christi, quando fuit aureus numerus Cæsaris. 2. luna prima mensis primi fuit die. 20. Martij; & ideo luna. 15. fuit die. 3. Aprilis. Has etiam lunationes inuenire possumus per aureum numerum descriptum in calendarijs, quibus tempore nostro vtimur, si fiat in eo aliqua reformatio. Fuit enim hic aureus numerus annotatus in calendario tempore concilij Niceni antèrius per vnum diem à cyclo Iulij Cæsaris: quoniam iam per vnum diem sedem suam anticipauerat. Et ideo si posterius per vnum diem reducatur, ostendit lunationes eodem modo sicut cyclus Iulij Cæsaris. Quoniam autem anno domini. 323. in concilio Niceno aureus numerus vnus annotatus est: inuenitur dictus aureus numerus, si ab eo tempore partiantur anni domini per. 19. vel per additionem vnus anni ad annos à natiuitate domini & partitionē in. 19. Quare inuenimus; anno Christi. 33. dictum aureum numerum fuisse. 15. & sequenti. s. 34. anno fuisse. 16. Accipe ergo calendarium, quod modo est in vsu, & reperiēs aureum numerū. 15. signatum die. 19. Martij, & ideo per datam regulam sequenti die. s. 20. eiusdem fuit coniunctio luminarium. Aureum vero numerum 16. reperiēs annotatum die. 8. Martij; & ideo sequenti die. s. 9. eiusdem fuit luna prima. Et sic iste aureus numerus ita reformatus conuenit cum aureo numero Iulij Cæsaris; & eodem modo per illum luna. 15. repentur. Easdem lunationes inuenire possumus per cyclos lunares, quibus vtuntur Hebræi, & per alias tabulas astronomicas, vt mox subiūgemus, cum docuerimus inuenire feriam. 6. passionis Christi per literas dominicales. Ad reperiēdam ergo eādem feriam sextā passionis domini recurrēdum est ad literas dominicales retrocedendo à presenti anno ad annum passionis Christi. Et, si recte cōputaueris, inuenies anno. 33. Christi fuisse literam. D. & anno. 34.

literā. C. Quod facile sic fieri potest. Hoc anno domini. 1524. sunt
 duę literę dominicales. C. B. propter bissextum. Require tabellam
 cycli solaris cum literis dominicalibus in hypothesi. 6. & inuenies
 è directo literarum. C. B. cyclum solarem. 21. retrocede partiendo
 cyclum solarē per. 28. quoties poteris, & reperies anno Christi. 33.
 cyclum solarem. 14. è directo literę dominicalis. D. & anno sequen
 ti cyclum solarē. 15. è directo literę. C. ergo anno domini. 33. fuit
 litera dominicalis. D. & anno domini. 34. C. Quando ergo currit
 litera dominicalis. C. tunc dies. 25. Martij est feria quinta, hoc est
 dies Iouis, quia ibi signatur litera. G. quę est quinta à litera. C. Nō
 ergo eo die passus est Christus, quia non fuit crucifixus die Iouis fe
 ria quinta, sed die veneris feria sexta. Passus est autem præcedēti an
 no videlicet. 33. à natiuitate eius, quādo fuit litera dominicalis. D.
 nec tunc passus est die. 25. Martij; sed die. 3. Aprilis, vbi signatur li
 tera. B. quę tunc fuit feria sexta cum. B. sit litera. 6. à dominicali lite
 ra. D. Itaq; Christus inde surrexit die. 5. Aprilis, vbi signatur litera
 D. quę tunc fuit litera dominicalis; quoniam die dominico, qui est
 dies Solis, Christus à passione sua tertia die resurrexit à mortuis.

B Sed nunc reuertamur ad prædictas lunationes iuxta computationē
 hebraicam & astronomicam; & diem rursus inquiramus, in qua pas
 sus est Dominus. Has ergo lunationes paschales annorum Domini
 33. & 34. computat dominus Paulus episcopus libro. 7. secundę
 partis per cyclum lunarem Hebræorum; & licet nominet eosdem an
 nos ab incarnatione Domini; tamē vere sunt à natiuitate eius, scili
 cet post quartum annum Domini, vt superius probauimus in sexta
 hypothesi; & sic tempore passionis Christi non discrepat à consueta
 computatione ecclesię, quę computat annos ab eius natiuitate.
 Dicit ergo in eodem libro septimo secundę partis. Anno incarnatio
 nis verbi dei. 34. currente. 15. paschalis mensis luna iuxta medium
 cursum, quo Hebręi vtuntur ad ciuitatem sanctam Hierusalem fuit
 die. 23. Martij quę fuit dies Martis. Nam anno prædicto Cyclus
 lunaris quo Hebręi vtuntur fuit. 13. quare necesse est annum com
 munem fuisse duodecim duntaxat lunationum; cuius primi mensis
 nouilunium s̄m medium motum ad ciuitatem sanctam Hierusalē
 fuit in nocte sequente octauā diem Martij hora. 11. min. 1. secund.
 5. Eiusq; oppositio, quam. 15. paschalem vocāt, fuit die. 23. Mar
 tij hora quinta min. 23. secund. 7. Cumq; cyclus solaris huius an
 ni fuerit. 15. necesse est literam dominicalem fuisse. C. & quia indi
 recto. 23. diei Martij in Romano calendario signatur. E. sequitur

z 3. diem Martij fuisse diem Martis. Quamobrem necesse est. 15. lunam paschalem fuisse. z 3. Martij die martis. Idem continget si ad veros planetarum motus, supputationem nostram reduxerimus. Fuit namq; vera luminarium primi mensis coniunctio diebus æquatis ad meridianum civitatis sanctæ Hierusalem die. 8. Martij completa hora. 19. min. z 1. die martis. Vera quoq; oppositio & 15. paschalis mensis fuit die. z 3. Martij hora sexta min. 59. die martis post Solis occasum. In libro autem nono secundæ partis dominus Paulus ait. Annus Domini trigessimusquartus nō est cōueniens passioni Christi, quia pascha fuit die martis. Et in libro quarto secundæ partis dicit. Venerabilis Beda, & eius sequaces opinati sunt Dominum in humanis vixisse annos trigintatres cum tribus mēsis, vt patet in libro suo de tēporibus capite quadragesimo septimo &c. & subdit. Hæc venerabilis Bedæ fuit opinio: quam & doctores nonnulli iuniores sunt imitati. Neminem tamen vnquam inuenire potui, qui supputatione aliqua hanc opinionem quadraret: immo neq; ipse Beda sibi ipsi satis constare videtur. hæc ille. Quantum vero ad diem mensis passionis Christi pertinet: idem dominus Paulus libro quinto secundæ partis dicit. Tertullianus, Ioannes Chrysostomus, Cyrillus, Augustinus, & Beda dicunt Christum passum esse octauo calendas Aprilis. Beda vero circa hoc titubauit referens ad decem calendas Aprilis. Idem ascribitur Hieronymo in martyrologio: licet incertum sit, an à Hieronymo vel Hysuardo, vel ab alio scriptum sit: quando quidem reliqua, quæ in libro impresso subnectuntur neq; à Hieronymo, neq; ab Hysuardo scripta dignoscantur: sed ab hominibus nostri temporis addita constat. hæc ille. Nos autē dicimus absq; vlla dubitatione, q; neq; Hieronymus neq; Hysuardus in martyrologio scripsit Christum passum octauo calendas Aprilis: quoniam in martyrologijs antiquis & manu scriptis: nec non & in impressis Venetijs octauo calendas Aprilis nulla fit mentio de passione Christi. Sed nostro tempore quidam ex Canonicis cathedralis ecclesiæ Florentinæ hoc ibidem adiecit, & plura alia, quæ non sunt in antiquis codicibus. Et hoc martyrologium cum his additionibus nos vidimus & legimus: in cuius fine ponitur nomen authoris, hæc superaddentis: & ipsum codicem impressum esse Florentiæ ibidem describitur. Licet autem Tertullianus, Ioannes Chrysostomus, Cyrillus, & Augustinus opinentur Christum passum esse octauo calendas Aprilis: tamen eorū opinio, falsa comprobatur eo q; sit contra euangelicam veritatem, quæ affir-

mat Christum passum luna. 15. primimensis, feria sexta. Sed nunq̄ tempore Christi die. 25. Martij fuit feria sexta & luna simul. 15. Dicit enim dominus Paulus lib. 8. secundæ partis Paulinæ suæ. Secundum computationem hebraicam à trigésimo anno Christi ad quadragésimum nunq̄ inuenitur luna. 15. octauo calēdas Aprilis feria sexta, & libro. 9. secundæ partis computatis omnibus lunationibus tempore vitæ Christi & vterius per plures annos aperte dicit. A primo anno natiuitatis Christi vsq̄ ad sexagesimum annum nunq̄ accidit pascha Iudæorum. 8. calēdas Aprilis die veneris. hxc ille. Albertus tamen Magnus in expositione epistolæ Dionysij Areopagite ad Polycarpum conatur probare Christum passum anno vitæ suæ 34. octauo calēdas Aprilis per calculum Astrologicum. Sed quoniam eius computatio continet intolerabiles errores contra omnes computationes Astrologicas, et contra veritatem euangelicam, vt dominus Paulus lib. 5. secundæ partis ostendit: ideo nos dicimus eū in hac computatione deceptum esse mendosis tabulis: licet quidam putent ipsam expositionem epistolarum Dionysij non esse Alberti Magni, sed alterius auctoris sub eius nomine. Sed siue ipse, siue alius eandem computationem fecerit: manifeste patet ipsam esse erroneam: quoniam non recte computat iuxta tabulas Astronomicas: & eo etiam anno. 34 vitæ Christi die. 25. Martij, nec fuit luna. 15 nec feria sexta, vt iam apertissime probauimus. Lunationē vero paschalem anni domini. 33. iuxta cyclum lunarem Hebræorum, idem dominus Paulus lib. 7. secundæ partis ita describit. Anno incarnationis verbi dei. 33. vertente, paschalis mēsis oppositio: quam. 15. lunam vocant iuxta medium cursum: quo Hebræi vtuntur ad ciuitatem sanctam Hierusalem fuit die. 3. Aprilis, quæ fuit dies veneris. Nā anno. 33. vertente cyclus lunaris quo Hebræi vtuntur fuit. 12. Quāobrem necesse est annum fuisse communem duodecim duntaxat lunationum: Cuius vernalis et primi mēsis interlanium iuxta Astrologicam supputationem ad ciuitatē sanctam Hierusalem fuit die. 19. Martij hora. 2. min. 12. sec. 28. Eiusq̄ plenilunium fuit die 2. Aprilis completa, hoc est die tertia currente hora. 20. min. 34. secund. 30. Et quoniam cyclus solaris fuit. 14. necesse est literam dominicalē extitisse. D. Cum ergo in Romano calendario die. 3. Aprilis anno retur littera. B. sequitur tertiam diem Aprilis fuisse diem veneris. Quare necesse est. 15. lunam fuisse. 3. die Aprilis die veneris. Idem quoq̄ contingeret, si ad verum motum luminarium supputationem nostram redigere velimus. Fuit namq̄ vera luminarium pri-

mi mensis coniunctio die. 19. Martij hora. 2. min. 31. die Iouis. Vera quoq; oppositio die. 3. Aprilis hora. 6. min. 8. die veneris in occasu Solis. Hic tamen aduertendum est Rogerium Bachon; iohannem de Muris, & Paulum Burgensem opinatos fuisse tunc Christum passum esse. hæc ille. Sed idem Rogerius Bachon in re principali recte dixit: sed tñ in accessoria errauit. Sic enim dicit i epistola ad Cleme'tem. 5. Dominus passus est anno. 33. ab eius incarnatione, hoc est anno. 32. iuxta veram eius ætatem. Quo anno litera dominicalis fuit. D. et die. 3. Aprilis fuit oppositio luminarium. Licet enim Bachon recte describat annum mensem & diem passionis Christi; tamen errauit in enumerandis annis vitæ eius; quoniã sequitur Dionysium abbatem; qui anno. 4. Christi ponit superflue bissexum eẽ ex consequenti diuinit annu' à vita Christi. Et ideo falso Bachõ putauit Christum tempore passionis trigesimumsecundum annum agere: cum tamen vere ageret trigesimumtertium. Ioannes de Muris fuit eiusdem opinionis cum Bachone, quia sic scripsit. Fuerũt vitæ Christi anni solares. 31. et dies centum hoc est tres menses cum decem diebus. Hic etiam licet recte describat annũ mensẽ & diem passionis Christi: in ætate tamen eius errauit, eo q̄ fecit bissexum anno. 4. Christi: quo remoto fuerũt vere anni vitæ Christi. 32. menses tres et dies decem. Paulus quoq; Burgensis non conuenit prædictis de numero annorum vitæ Christi: sed eum passum eẽ describit in supplemento super Matthæum anno. 33. vitæ suæ die. 3. Aprilis, vt etiã testatur dominus Paulus lib. 5. secundæ partis Paulinæ suæ. Idem dominus Paulus in. 4. libro secundæ partis ait. Apollinaris Laodicensis episcopus, beatus Augustinus, Victorinus Lemonicensis, Magister historiarum in Scholastica historia: Nicolaus de Lyra, & Marianus Scotus: omnes isti dixerunt dominum crucifixum fuisse anno ætatis suæ. 33. currente: hoc est. 32. completo cum tribus mensibus. hæc ille. De hoc anno passionis Christi dicit idem dominus Paulus libro. 9. secundæ partis. Annus domini. 33. cuius pro dominica passione satis idoneus videretur: nisi extra mensẽ Martium obseruatus fuisset. hæc ille. Sed dominus Paulus timuit vbi tremendum non erat: quoniam ecclesia non affirmat Christũ passum in mense Martio iuxta calendarium Romanum: licet hoc publica vulgi opinione feratur. Sufficit enim vt dicamus Christum passum esse in lunatione Martij: licet pars eiusdem lunationis fuerit iam Martio et pars in Aprilis: Cuius imitationem sequitur ecclesia: quæ pascha celebrat prima dominica post. 14. lunã primi mēis idẽ Martij

tij. Vnde quandoq; celebrat pascha in Martio quandoq; in Aprilis & tamen illa est lunatio Martij. Christus ergo passus est iuxta computationem mensium Hebræorum & non Romanorum. Hebræi enim vt in quarta hypothesi diximus, habent menses lunares mobiles. Christus ergo passus est die. 15. primi mensis Nisan iuxta Hebræos, quando erat lunatio mensis Martij apud Romanos. Vnde euangelistæ tanq̄ Hebræi, morem Hebræum sequentes describunt Christum passum esse luna. 15. primi mensis hoc est die. 15. mēsis Nisan nihil dicentes de mense Aprilis, quia non sequebantur tunc Romanum calendarium. Sed astronomi hanc lunationem computantes reperiūt eius oppositiones hoc est lunā. 15. fuisse die. 3. Aprilis iuxta Romanum calendarium. Ex computationibus igitur prædictis concludimus Christū passum esse anno. 33. vitæ suæ inchoato per tres menses & dies decem. Nam vixit annos. 32. menses tres dies decem. Et ab incarnatione sua ad eius mortem fluxerunt anni pleni. 33. adiunctis decem diebus. Hanc veritatem etiam probare possumus per Olympiades & per annos ab vrbe condita: Nec non & per annos Imperatorum Romanorū, qui fuerunt tempore Christi. Passus est enim Christus anno quarto Olympiadis. 202. vt Eusebius affirmat. Hic annus quartus dictæ Olympiadis erat in dimidio: quoniam anni Olympiadum incipiunt ab æquinoctio autumnali, vt superius dictum est in hypothesi septima, & Christus passus est circa æquinoctium vernale: inter quæ æquinoctia est anni dimidium. Tunc fuit illa Solis miranda eclipsis, quam describunt euangelistæ factam esse per vniuersam terram. De qua, vt Eusebius dicit in libro de temporibus, Phlegon Olympiadarum egregius supputator in. 14. libro ita dicit. Quarto autem anno. 202. Olympiadis magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio Solis est facta. Dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, vt stellæ cælo visæ sint. Tunc currebat annus. 18. Tiberij Cæsaris, vt Eusebius & Eutropius testantur. Et quoniam anni Tiberij à morte Augusti sumuntur: qui obiit authore Suetonio die. 19. mensis Augusti: ideo de illo anno. 18. iam transferant septem menses & paulo plus, videlicet quātum est ab eo tempore ad mortem Christi. Tunc etiam erat annus vrbs conditæ. 784. propè finem quātum scilicet est à morte Christi ad diem. 20. Aprilis, quando vrbs condita est. Natus est autē Dominus anno ab vrbe condita. 752. vt placet Orofio: & in illo vltimo anno. 752. deficiebant ferè quatuor menses scilicet quantum est à die. 25. Decembris, quando natus est Dominus:

ad diem. 20. Aprilis, quando incipiunt anni conditæ vr̄bis. Tunc inceperat quartus annus. 194. Olympiadis per tres menses, scilicet quantum est à die. 24. Septembris: quando Olympiadum anni sumunt initium: ad. 25. Decembris, quãdo natus est Dominus: vt patet ex computatione conditæ vr̄bis deducta à mense septimo anni quarti sextæ Olympiadis, quando vr̄bis condita est, per annos. 752 vsq; ad Christi ortum. Et tũcerat annus. 42. imperij Augusti, vt Eusebius, Orosius, Eutropius, & Paulus diaconus affirmât sumentes annos imperij eius à primo consulatu vel à triumuiratu. Qui annus quadragesimus secundus erat iuxta finem videlicet propè ante calendas Ianuarij, quãdo Octavianus accepit primum consulatũ. Dicit enim Orosius libro septimo Augusti Cæsaris posteaq; imperaret emenso propemodum anno. 42. natus est Christus. hæc ille. Itaq; prius nouem mensibus conceptus est Christus iuxta principium. 42. anni Augusti. Et tunc erat tertius annus in dimidio. 194. Olympiadis. Ab hoc anno tertio in dimidio existente prædictæ Olympiadis. 194. quando conceptus est Christus tempore veris vsq; ad annum quartũ in medio existentem Olympiadis. 202. quãdo iuxta æquinoctiũ vernale mortuus est Christus: fluxerunt Olympiades. 8. & vnus annus, in quibus continetur anni trigintatres pernitus completi. Et ab anno quarto Olympiadis. 194. inchoato per tres menses, quando est Christus: vsq; ad quartum annum Olympiadis. 202. inchoatum per sex menses, quando mortuus est: sunt Olympiades. 8. cum tribus mensibus: in quibus continentur anni trigintaduo, & menses tres. Ergo tot annos vixit in carne Dominus. Sed inquirẽdum est quare Eusebius in libro de temporibus annotat Christi natiuitatem anno tertio Olympiadis. 194. Dicimus q; in tabulis descriptis per lineas distinguentes annos qñq; non ponuntur præcise anni rerum gestarum correspondentes annis Olympiadum, vel vr̄bis conditæ: vel Imperatorum ppter diuersa annorum principia: quoniam Olympiades incipiunt in autumno: anni cõditæ vr̄bis in vere: anni vero Imperatorum, quando sumunt imperiũ. Ipse ergo Eusebius retulit natiuitatẽ Christi ad annum Augusti. 42. Et qm̄ annum. 42. qñ conceptus & natus est Christus annotauit in 3. anno prædictæ Olympiadis: in eodẽ etiam anno posuit Christi natiuitatem: quia in eodẽ anno ciuili Christus conceptus, & natus est. Melius tñ annotatur Christi natiuitas anno. 4. prædictæ Olympiadis: quoniam conceptio eius fuit anno. 3. in dimidio existente: et post nouem menses natus est anno. 4. inchoato per tres menses,

vt probatum est. Considerandum est etiam q̄ Eusebius in libro de temporibus, vt patet in codicibus manu scriptis: nō annotauit specialiter annos domini: sed qui librum impressioni dedit; annos domini signauit incipiens ab incarnatione: & ideo incepit per vnum annum antea videlicet anno. 3. Olympiadis. 194. Annus autem primus à natiuitate Christi iuxta vsus ecclesiæ: annotandus est anno quarto eiusdem Olympiadis. Insuper aduertendum est, q̄ in libro Eusebij anno quarto Olympiadis. 202. quando passus est dominus, annotatur annus. 19. Tiberij Cæsaris: cum debuerit ibi annotari annus eius. 18. quo anno ipse Eusebius in eodem libro affirmat ipsum passum. Et ideo hic error non est ascribendus Eusebio, quia sibi ipsi contrarius esset: sed scriptori vel impressori, qui primū annum Tiberij annotauit statim post annos quinquaginta sex imperij Augusti anno secundo Olympiadis. 198. Sed quoniam Augustus imperauit annos quinquaginta sex & septem menses ac dies 19. à primo cōsulatu eius: ideo annotare debuerat primum annum Tiberij anno, sequenti scilicet anno tertio dictæ Olympiadis quando currabat annus domini. 16. sicut recte computat beatus Antoninus. qui prima parte suæ chronicae titulo. 6. c. 21. §. 3. dicit. Cœpit autem imperare Tiberius anno à natiuitate domini. 15. hæc ille. Inde sequitur q̄ anno quarto Olympiadis. 202. recte annotetur annus. 18. Imperij Tiberij. Sic ergo emendanda & describenda est tabula Eusebij, vt patet in tabula sequenti: in qua etiam describentur anni ab vrbe condita.

PASSIONIS CHRISTI

183

Annim/ perato.	Anni añ Christū	Anni vrbis	Annim/ perato.	Anniañ Christū	Anni vrbis	
	Olympias	183	25	18	735	
1	Iulius	47	706	26	17	736
2	Cæsar	46	707	27	16	737
3	impauit	45	708	Olympias	191	
4	an. 3. m. 7	44	709	28	15	738
	Olympias	184	29	14	739	
	Vacat iperitū	43	710	30	13	740
1	Octauia	42	711	31	12	741
2	nus años	41	712	Olympias	192	
3	56. m. 7.	40	713	32	11	742
	Olympias	185	33	10	743	
4		39	714	34	9	744
5		38	715	35	8	745
6		37	716	Olympias	193	
7		36	717	36	7	746
	Olympias	186	37	6	747	
8		35	718	38	5	748
9		34	719	39	4	749
10		33	720	Olympias	194	
11		32	721	40	3	750
	Olympias	187	41	2	751	
12		31	722	42	1	752
13		30	723	43	An. a na. dñi.	753
14		29	724	Olympias	195	
15		28	725	44	2	754
	Olympias	188	45	3	755	
16		27	726	46	4	756
17		26	727	47	5	757
18		25	728	Olympias	196	
19		24	729	48	6	758
	Olympias	189	49	7	759	
20		23	730	50	8	760
21		22	731	51	9	761
22		21	732	Olympias	197	
23		20	733	52	10	762
	Olympias	190	53	11	763	
24		19	834	54	12	764

DE VERO DIE

Anni imp/ perato.	Anni à nati. dñi	Anni vrbis	Anni imp/ perato.	Anni à nati. dñi	Anni vrbis
55	13	765	8	23	775
Olympias	198		9	24	776
56	14	766	10	25	777
57	15	767	Olympias	201	
1 Tiberius	16	768	11	26	778
2	17	769	12	27	779
Olympias	199		13	28	780
3	18	770	14	29	781
4	19	771	Olympias	202	
5	20	772	15	30	782
6	21	773	16	31	783
Olympias	200		17	32	784
7	22	774	18	33	785

Passio
Chri

F Ex prædictis manifestum est Christum possum esse anno. 33. vitæ suæ currente feria sexta luna. 15. primi mensis in pascha Iudeorum. Sed nobis obijciunt ipsi Iudæi, q̄ Christus non fuerit occisus in die festo paschæ Iudæorū, si die. 3. Aprilis feria sexta mortuus est; quoniam eo anno Iudæi celebrarunt pascha, die sequēti scilicet. 4. Aprilis die sabbati, vt probat dominus Paulus in. 8. libro secundæ partis capite. 4. conclusionē. 4. & libro. 9. secundę partis. c. 3. conclusionē quarta. Nam Iudæi asserunt post secundam templi ædificationē nunquā celebrasse pascha feria sexta ex traditione patrum. Et adducunt authoritatem Gamalielis discipuli Christi; & Pauli præceptoris: ad cuius pedes apostolus ipse se legem & prophetas didicisse fatetur. Qui in libro, quē de Solis & Lunæ motibus anniq; ratione conscripsit, sic dicit. Statuerunt doctores & patres nostri Neomenias & festa in tempore conueniente, ne sabbati honor minuatur, aut alia præcepta violentur. Statuerunt itaq; Neomeniam nunquā feria prima, feria quarta vel sexta, posse contingere. Festum expiationis nunquā feria prima, feria tertia neq; feria sexta. Pascha vero nunq; feria secunda, feria quarta neq; feria sexta obseruari posse. hæc ille. Hoc itaq; argumento procaciter Iudæi contendunt Christum saluatorem haudquaquam ab eis die veneris in festo paschæ crucifigi potuisse. Ad hoc facile respondemus per distinctionem ex Iudæis acceptam. Constat namq; ex scriptis Hebræorum duplex pascha fuisse, antiquum & nouum, vt refert dominus Paulus libro tertio secundæ

partis propè libri finem: Antiquum pascha Iudæi legitimum vocant: quia in lege à Moyse Exodi. 12. Leuit. 23. & Numeri. 9. mandatum legitur: vbi præcipitur pascha inchoari debere die. 14. primi mensis ad vesperam: sic q̄ annus & mensis quilibet, ipso nouilunij die exordium sumat. Sed nouum pascha iudiciale vocant: quia à iudicibus & doctoribus per epicheiam quandam & legis moderationem in secunda templi instauratione institutum fuit: quia licuit ob certas causas Neomeniam anni & mensium obseruari non semper ipso die nouilunij, sed aliquando ad diem sequentem: nonnunq̄ ad duos dies transferri: ne expiationis festum sabbato continuaretur: aut festum palmarum & densarum frondium in sabbato accideret: & per hoc sabbati honor minueretur: aut festa violarentur. Christus ergo prænosens se moriturum eo die, quo multitudo filiorum Israel agnum paschalem iuxta Iudicum normam immolaret: pridie antequam moreretur cum discipulis discubuit: & vetus ac legitimum & verum pascha obseruauit: & agnum paschalem cum azimis comedit, die & luna. 14. primi mēsis, quæ fuit feria quinta quādo s̄m legem Moyse pascha fieri debuit. Sed Iudæi iuxta iudicij normam in secunda templi instauratione editam, pascha sequenti die fecerunt habentes respectum ad festa sequentia, vt dictum est. Christus ergo sciens hæc Iudæorum festa per suam passionem delenda esse: non curauit propter obseruationem ipsorum Neomeniam mēsis Nisan: & pascha transferre ad diem sequentem: sed verum & legitimum pascha celebrauit: vt & ipse legem seruaret: & sequenti die immolatio eius in cruce, responderet immolationi agni à multitudine immolati. Non ergo Christus anticipauit comedere agnum paschalem luna. 13. vt Græci dicunt: sed illum comedit luna. 14. feria. 5. ad vesperam: & Iudæi transfulerunt esum agni ad lunā. 15. feria. 6. ad vesperam: & celebrarunt pascha luna. 16. in sabbato, vt dictum est. Quod ergo doctores catholici dicunt dñm crucifixum fuisse die veneris in festo paschæ Iudæorum: intelligi debet de festo paschæ legitimo iuxta legis edictum: à Christo & discipulis legitime obseruato. Quod autem Iudæi autumant festum paschæ ipsorum nunq̄ die veneris posse accidere: intelligi debet de festo paschæ obseruato per normam vel regulam à iudicibus ipsorum traditam in secunda templi instauratione editam: quemadmodum vulgus & populi multitudo & pharisæi tunc obseruabant. Vnde Iudæi vt dicitur Io. 18. non introierunt prætorium Pilati ne contaminarentur: sed manducarent pascha, hoc est agnum paschalem: quem scilicet

cet comederunt iuxta traditiones seniorum feria sexta ad vesperam: & die sequenti celebrarunt pascha & sabbatum simul. Vnde Ioanis 19. dicitur. Erat enim magnus dies ille sabbati, quia in eo concurrerant duo festa scilicet pascha & sabbatum. Sed quoties euangelistæ mentionem faciunt de pascha à Christo & discipulis eius obseruato: manifeste significant Christum pridie quàm pateretur agnū paschalem cum discipulis iuxta legis mādaturum prima die azimorum comedisse: & sequenti die crucifixum esse in ipso festo paschæ iuxta legis mandatum: & tunc erat vigilia paschæ iuxta Iudæorum obseruationem. Hæc plene describit & luculenter exponit Paulus episcopus Burgenis ex Iudaismo ad Christi fidem conuersus in additionibus ad postillam Nicolai de Lyra Matthe. 26. cap. Passus est ergo Dominus feria sexta & resurrexit inde tertia die, videlicet feria prima, quæ nunc dicitur dies dominica. Et licet non fuerint tres dies integri mortis Christi: sufficit tamen vt per sinecdochen intelligantur, vt exponit Augustinus: Hieronymus: & Beda. Si enim integri ponantur tres dies, Christus non surrexisset tertia die, sed quarta. Nos autem in symbolo confitemur, q̄ Christus tertia die resurrexit à mortuis. Et ideo dominus Paulus in primo libro secundæ partis Paulinæ frustra nititur probare Christum mortuum fuisse tri-duo integro: nisi forte vt satisfaciat vt cũq̄ Iudæis calumniantibus, & dicentibus q̄ non est comprobata veritas mortis Christi iuxta regulas medicorum: qui dicunt infirmum defunctum non minus septuaginta duabus horis hoc est tribus integris diebus probari posse vere mortuum esse. Sed ipsis Iudæis responderi potest aliter iuxta rei veritatem q̄ sufficientissime probata est mors Christi in horis trigintasex: quoniam ipse Christus mortuus est non ex infirmitate quæ extasim faciat: sed morte violenter illata. Nam tot & tantis flagellis & plagis percussum & vulneratum est corpus eius: q̄ etiã ipso eodem die, quo passus est, omnibus manifestum fuit ipsum vere mortuum esse, propter quod milites non fregerunt ei crura, quia viderunt & cognouerunt eum iam obiisse: nec de hoc vllus dubitabat. Impossibile est enim naturaliter corpus humanum ita flagellatum & vulneratum sicut fuit corpus Christi perdurare posse in vita per trigintasex horas. Christus autē expirauit hora nona: & tribus horis ferix sextæ in morte fuit: deinde. 24. sabbati: & nouem ferix primæ, quia credimus Christum surrexisse hora noctis primæ ferix nona propè diluculum iuxta illud ps. 56. Exurge psalteriū & cithara: exurgam diluculo. Cōcludamus ergo & dicamus Christum passum esse

sum esse anno. 33. vitæ suæ die. 3. Aprilis; & die. 5. eiusdem mensis à mortuis resurrexit.

Nova opinio erronea.

Cap. 10.

Sed nouam opinionem de die passionis Christi nup adinuenit dominus Paulus ep̄s Forosempronienſis: qui licet in ſua Paulina plurima recte computauerit tanq̄ peritiſſimus astrologus: in hac tñ ipſum erraſſe probare poſſumus ſaluo ſemper eius honore; ac ſeruata erga eum amicitia & charitate, qua ſemper eum dileximus tanq̄ virum doctum & prælatum optimū. Nec ipſum nobis propter hoc ſuccēſeri arbitramur, ſi eius errorem emendamus: quoniam ipſe humiliter ſe aliorum correctioni ſubiecit, dum in ſecunda parte ſuæ Paulinæ in eius exordio hæc verba ſcripſit. Si aliquid fortaſſe minus probatum aut piarum aurium offenſiuum dixerō: id nunc reſignando obeliſco deleri, & pro nō dicto haberi cupio: ſingula mea ſcripta & dicta doctorum virorum iudicio examinanda corrigendaq̄ ſūmittens: id ſolum ratus habiturus quod ipſorum iudicio approbatum fuerit. hæc ille. Ipſe ergo opinatus eſt Chriſtum paſſum eſſe anno biſſextili literis dominicalibus currētibus. A. G. quo anno ab omnibus poniſ annus Domini. 36. non q̄ ipſe dixerit ipſum vixiſſe vſq̄ ad annum. 36. Sed q̄ annus, q̄ cōmuniter ponitur. 36. fuerit annus Chriſti. 34. & ſic eius mortem & annos vitæ ipſius præcedentes annotat poſterius per duos annos iuxta ſuam opinionem: ſed iuxta veram computationem eccleſiæ quam ſuperius declarauimus: annotat eos poſterius per tres annos. Nam ab anno. 33. quando Chriſtum paſſum eſſe oſtendimus, vſq̄ ad annum. 36. quo ipſe dicit Chriſtū paſſum tres anni vere numerantur. Ad hanc autem ſuam nouam opinionem probādā ex duobus mouetur, ſcilicet ex lunatione primi mēſis prædicti anni. 36. & ex annis domini, quos putat à chronographis non recte deſcriptos per aliam lunationem & eclipſim à ſe cōputatam. Dicit enim quo ad lunationem paſchalem primi mēſis anni prædicti in libro. 7. ſe cundæ partis. Anno incarnationis Domini. 36. currente paſchalis mēſis oppoſitio; quam. 15. lunā vocant ſm medium curſum, quo Hebræi vtantur ad ciuitatē ſanctam Hieruſalem fuit in nocte ſequēte trigeſimam diem Martij, quæ fuit dies veneris. Nam anno. 36. currente fuit nouilunium quintadecima die Martij hora. 17. min. 27. ſecūd. 21. & eius pleniluniū fuit die. 30. Martij hora. 11. min. 44. ſecūd. 23. Et quia cyclus ſolaris fuit. 17. neceſſe eſt annum fuiſſe

se bissextilem in literis. A. G. Cum ergo in Romano calendario, è di recto diei. 30. Martij signetur litera. E. ideo tunc fuit feria sexta &c. Idem quoq; continget, si veros luminarium motus animaduertere velimus. Fuit namq; vera coniunctio die. 16. Martij hora. 7. min. 9. in nocte sequente diem veneris. Vera quoq; oppositio fuit die. 30. Martij hora. 5. min. 51. die veneris in occasu Solis. hæc ille. Ex animis quoq; Domini, quos putat à Chronographis non recte descriptos, per aliam lunationem & eclipsim à se computatam suam opinionem roborare nititur. Dicit enim Eusebium & omnes Chronographos in computandis annis Domini errasse: & tamen ipse iacit fundamentum suę opinionis super quodam dicto Eusebij Chronographi. Id autem dictum Eusebij tale est, cum describit mortem Augusti. Defectio Solis facta è: & Augustus. 76. ætatis suę anno Athelle in Cápania moritur. Inquisiuit autem dominus Paulus quo anno Domini prædicta eclipsis fuerit: & inuenit eã anno Domini. 17 in quo annotatur secundus annus Tiberij Cæsaris: & cum crederet eam factam esse sex mensibus ante mortem Augusti: ideo dixit Chronographos in duobus annis errasse. De prædicta autem eclipsi sic scribit in sua Paulina libro. 13. secundę partis. Anno Domini Saluatoris iuxta cõsuetam supputationem decimosextimo: maximam Solis eclipsim factam inuenimus, in qua totus Sol Romę & in pluribus Italiae regionibus visus fuit obscurari die Februarij decima quinta, hora ferè meridiana in. 26. gradu Aquarij Sole domum regiam possidente. Cumq; Sol ad oppositum loci eclipsati peruenisset, videlicet ad. 26. gradum Leonis eodem die expirauit Augustus Suetonio Tranquillo authore. 14. calendas Septembris: qui est dies. 19. mensis sextilis: qui nunc Augustus nuncupatur. hæc ille. Et vt opinionem suam magis roboraret, in libro decimo secundę partis dicit sibi fuisse oraculo desuper ostensum Chronographos in computandis annis Domini errasse in duobus annis. Hæc sunt rationes quibus opinionem suam defendere conatur. Quæ quidem rationes facillime soluantur & improbantur, si diligenter inspiciantur & examinentur.

Solutio rationum deficientium.

Cap. 11.

Arimo ergo quantum ad lunationem primi mensis in anno Domini. 36. dicimus dominum Paulum in ipsius computatione defecisse, eo q; discordet à computatione cycli lunaris Iulij Cæsaris: cuius cyclo probatur eo anno lunã

15. primi mēsis fuisse. 31. Martij die in sabbato. Nam si annis Domini. 36. addas annos. 45. qui sunt anni inter correctionem calendarij & natiuitatem Christi: consurgent anni. 81. Quos si partiaris in. 19. reperies numerum decēnouennale Iulij quater vicibus reuolutum: & remanebūt tibi. 5. pro aureo numero anni Domini. 36. Inquire calendarium Iulij Cæsaris superius descriptum in hypothesi quinta. Et reperies aureum numerum. 5. signatū ē directo diei. 17. Martij. Sed quoniam ille annus fuit bissextilis: & Februario additus est vnus dies: ideo præcedēti scilicet. 16. die Martij fuit luna prima. Ergo per regulam datam superius de inuentione lunę. 15. ab ipsa coniunctione in hypothesi quinta, eodem mense luna. 15. fuit die 31. Martij die sabbati. Idem reperies, si computaueris eandem lunationem per cyclum lunarem Hebræorum. Vnde satis miramur quod cum dñs Paulus ceteras lunationes maxima cum diligētia computauerit: in ista tamen ex non recta consyderatione defecerit. Et quidem ex eius verbis potest cognosci defectus illius. Nam dicit expresse ipsam lunam. 15. fuisse nocte sequente trigessimam diem Martij. Ergo fuit die. 31. eiusdem mensis s̄m Hebræos: qui computāt dies ab occasu Solis. Vnde coniunctio eiusdem lunationis fuit die. 16. Martij non solum iuxta cyclum Iulij, sed etiam Hebræorum: non die. 15. vt ponit dominus Paulus. Qui anticipauit per vnum diem in hac lunatione, vt suam opinionem tueretur. Veruntamen coniunctionem recte posuit die. 16. Martij. Et licet sic errauerit in septimo libro secundæ partis: tamen in octauo libro secundæ partis cap. 4. ipse probat, iuxta doctrinam Gamalielis Hebræi, Iudæorum pascha tunc celebratum fuisse die. 31. Martij. Vbi adiungit & dicit. Et quoniam oppositio luminarium mēsis Nisan ad Romanum calendarium reducta facta fuit in nocte sequēte trigessimam diem Martij, quæ fuit dies veneris: sequitur de necessitate, phase Iudæorum trigesima prima Martij die sabbati celebratū fuisse. hæc ille. Ex quibus verbis ipse detegit suum errorem in libro septimo descriptum. Adhuc etiam dicimus quod si luna. 15. fuisset die. 30. Martij post decimam octauam horam Hebræorum more, vt dicit Paulus Burgenfis, & cōfirmat dominus Paulus Forosempron. pertinuisset ad diem sequentem. s. 31. multo magis ex quo luna. 15. prædicta facta est in nocte sequente trigessimā diem Martij. Cum ergo illo anno luna. 15. primi mensis fuerit vere & s̄m vsum Hebraicum die. 31. Martij die sabbati, patet quod illa oppositio luminarium non est conueniens passioni Christi, qui passus est feria sexta non sabbato. Quantum

vero ad eclipsim anni Domini. 17. in mēse Februariō: dicimus eum recte ipsam computasse: quia vere fuit anno Christi. 17. & tunc curabat annus. 4. propè medium Olympiadis. 198. & ab vrbe condita erat annus. 768. propè finem: sed ipsum errasse dicimus quātum ad hoc, q̄ hanc eclipsim ipse dicit esse factam anno vltimo Cæsaris Augusti, cum fuerit anno secundo Tiberij Cæsaris, videlicet secundo anno post Augusti mortem. Quod ex eius verbis recta ratione prolatis probare possumus: & per computationem Astronomicā: & per annos Imperatorum: & per annos Olympiadum, & vrbis cōditæ. Ipse enim dominus Paulus ex Astronomica supputatione: & similiter Ioannes Stofderinus probauerunt Iulij Cæsarem emēdasse calendarium anno. 45. ante Christi natiuitatem iuxta descriptionem Chronographorum vsu habitam. Probauit etiam idem dominus Paulus prædictam eclipsim fuisse anno Christi. 17. fm eandem computationem. Si autem annis. 45. ante Christi natiuitatem addas annos. 17. post eius ortum: consurget numerus annorum. 62. Ergo à correctione calendarij ad prædictum annum Domini, quo ipsa eclipsis accidit, enumerātur anni. 62. Videamus modo annos vitæ Augusti. Ipse enim Augustus authore Suetonio: quē dominus Paulus sequitur obiit anno. 76. ætatis suæ. Et in morte Iulij Cæsaris: Octavianus agebat annum. 18. Occisus est autem Cæsar anno secundo à correctione calendarij. Ergo anno correctionis eiusdem Octavianus agebat annum. 17. & iam de ipso anno trāsegerat tres menses scilicet quantum est à die. 23. Septembris, quādo natus est ad calendas Ianuarij, quando correctio calendarij cœpta est: & ante correctionem calendarij trāsierant. 16. anni vitæ Octauiani. Addamus ergo. 16. annos vitæ Octauiani ante correctionem calendarij annis. 62. qui fuerunt ab ipsa correctione ad prædictam eclipsim factam anno Domini. 17. & cōsurget numerus annorum. 78. Ergo sequeretur, q̄ si Augustus obiisset post ipsam eclipsim, vixisset, ānos 78. quod est falsum, quia ipse vixit annos tātummodo. 76. vt Suetonius, Eusebius & ipse dominus Paulus affirmant. Ergo Augustus obiit biennio ante ipsam eclipsim: & tunc erat annus. 2. Tiberij, vt recte supputant Chronographi. Non ergo ipsi Chronographi anticipauerunt annos Domini per duos annos: sed ipse dominus Paulus duobus annis postergauit eos contra ea, quæ ipse prius recte dixerat. Cum ergo ipsa eclipsis fuerit per duos ānos post Augusti obitum: non poterat eius mortem designare, vt falsò cōputat dominus Paulus: qui dicit ante ipsius mortē eam accidisse. Et sic vt defendat

& saluet vnum dictum parui momenti Eusebij ante mortem Augusti describentis ipsam eclipsim: destruit omnem cōputationem annorum Domini magni ponderis: nō solum ipsius Eusebij: sed etiam omnium aliorū Chronographorū contra rectam rōnem. Inordinate enim ageret, si quis vt saluaret in horto arborem sterilem: incidret omnes alias fructiferas. Secundum autē rectā rationem dicēdu est in hoc minimo Eusebium errasse: & in cæteris maximis recte secessisse: & nullum inde sequitur inconueniens. Is autem error Eusebi ex eo processisse videtur: quoniam eclipsim prodigiosam: quam ebuerat annotare post mortem Julij Cæsaris: descripsit iuxta obitum Augusti, qui ei successit ob temperis vicinitatē. Nam de eclipsi Cæsaris nihil post eius obitum annotauit. De qua tamen loquitur Vigilus primo Georgicorum iuxta finem dicens.

Sol tibi signa dabit &c. & subdit.

Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam:

Cum caput obscura nitidum ferrugine textit:

Impiaq; æternam timerunt secula noctem.

Et Plutarchus vbi de prodigijs post extinctum Cæsare meminit, quit. Solis præterea lumē caligine obfessum: totoq; nāq; illius anni factio pallens globus & sine splendore oriens, imbecillum ac tenuē calore emittebat &c. Plinius itē lib. 2. c. 3. ait. Fiunt prodigiosa longiores Solis defectus, qualis occiso dictatore Cæsare, & Antonio bello totius penē anni pallore continuo. Appianus quoq; lib. quarto scribit multa prodigia signaq; perhorrenda Romæ visa post Cæsaris cædem. Ex quibus verbis patet illā Solis immutacionem fuisse prodigiosam. Suetonius autē nihil scribit de eclipsi post cædem Cæsaris: sed nec etiam describit defectum Solis fuisse post obitum Augusti. In vita etiam Tiberij de nulla eclipsi nō meminit hoc tantum insinuat dicens. Expulit Mathematicos Tiberius: sed deprecantibus ac se artem desituros promittentibus veniam dedit hæc ille. Hoc autem scisse cōstat, quoniam infortunia, quæ ex eclipsi vel motu cœlestium prædicebant, quandoq; non eueniebant: & propterea eos tanq̄ supersticiosos expellere voluit. Julius Firmicus Astrologiæ gnaros appellat Mathematicos. Sicut ergo eclipsis post Cæsaris cædem, non protendebat eius mortem: sic etiam eclipsis, quæ fuit post obitum Augusti per duos annos, nō fuit signum obitus eius: nec etiam designauit mortem Tiberij, quamuis acciderit Sole domum regiam possidente: iuxta sententiam domini Pauli: quoniam ipse Tiberius non modo sex menses post ipsam eclipsim

vixit: sed annos plusq̄ viginti. Insuper probare possumus Chronographos non errasse: ex annis Olympiadum & vr̄bis conditæ: quoniam dominus Paulus non negat annos Olympiadum & vr̄bis conditæ à Chronographis fuisse recte descriptos: sed annos Domini & Imperatorum affirmat male annotatos ab eis biennij anticipatione. Nam vt̄tur præcipue testimonio Censorini: qui computat annos Imperatorum Romanorum per annos Olympiadum & vr̄bis conditæ. Dicit enim ipse dominus Paulus in. 1. 3. libro secunde partis capite. 5. Censorinus tanquam controuersiarum conciliator, & errorum censor, varias ac diuersas annorum & temporum supputationes exponit. Hoc authore Censorino, quem ipse pro se citat, ostendimus ex annis Olympiadum & vr̄bis conditæ per eum descriptis Chronographos non errasse in annis duobus: sed recte annos descripsisse. Dicit enim idem Censorinus in libro de die natali, capite de annis Romanis, vt̄ supra eum citauimus in hypothese octaua. Hic annus cuius velut index & titulus quidam est Vlp̄ij & Pontiani consulatus ab Olympiade prima millesimus est & quartus decimus ex diebus duntaxat astutis, quibus agon Olympiacus celebratur. A Roma autem condita nongentesimus nonagesimus primus: & quidem ex Palilibus, vnde vr̄bis anni numerantur. hæc ille. Sumit ergo Censorinus pro titulo & indice annum consulatus Vlp̄ij & Pontiani, qui est ab Olympiade prima millesimus & quartus decimus: qui est secundus annus Olympiadis 254. Nam anni mille quatuordecim continentur in Olympiadibus. 253. & dimidia Olympiade, quæ est ducentesima quinquagesima quarta anno eiusdem secundo. Hic est annus secundum Eusebium & alios Chronographos ab incarnatione Christi ducentessimus quadragesimus, à natiuitate vero eius iuxta vsum ecclesiæ ducentessimus trigessimus nonus. Tunc currebat annus. 991. ab vr̄be condita, vt̄ hic dicit Censorinus, hoc est ab anno quarto sextæ Olympiadis ex Palilibus id est ex die. 20. Aprilis, quâdo Roma cepit edificari. Si ergo retrocedamus ab hoc anno ad eadem Cæsaris, reperiemus eam factam esse anno. 44. ante Christi natiuitatem: qui erat quartus annus Olympiadis. 183. & annus ab vr̄be condita. 709. vt̄ supra patet in tabula temporum: Et reperiemus Christum natum anno quarto Olympiadis. 194. qui erat annus conditæ vr̄bis. 752. & annus. 42. ferè completus Augusti, à primo eius consulatu vel triumuiratu. Inuenietur etiam eclipsim illam, de qua diximus, fuisse anno Domini. 17. & anno secundo Tiberij: qui erat annus. 4. Olym

piadis. 198. & annus ab vrbe condita. 768. Cognoscemus & Christum passum esse anno quarto Olympiadis. 202. qui erat annus vrbis condita. 784. propè finem: & annus. 18. Tiberij Cæsaris, vt prædicta tabula continetur. Non est mirum si dominus Paulus in hac computatione defecerit: quoniam vsus est libro Censorum impresso mendoso in quibusdam numeris in eo quod sequitur in verbis eius. Nam cum computasset annos à prima Olympiade & ab vrbe condita sumens pro titulo & indice annum consulatus Vspij & Pontiani: eosdem computat per annos Iulianos & Augustos dicens, vt habetur in textu impresso, quem adducit dominus Paulus. Eorū vero annorum, quibus Iulianis nomen est, ducentesimus octuagesimus tertius: sed ex die calendarum Ianuarij: vnde Iulius Cæsar anni à se constituti fecit principium. Ad eorum qui vocantur anni Augustorum ducentesimus sexagesimus quintus: perinde à calendis Ianuarijs: quamuis & ante diem sextum decimum kalendas Februarij Imperator Cæsar, sententia Munacij L. Planci à senatu ceterisq; ciuibus Augustus est appellatus. Sed Aegyptij quod biennio ante in potestatem ditionemq; populi Romani venerint, hunc Augustorum annum vocant ducentesimum sexagesimum septimum. hæc ibidem. In textu vero manu scripto & emendato, vbi textus impressus habet annum Augustanum ducentesimum sexagesimum quintum, scriptum reperiemus annum ducentesimum sexagesimum septimum, & vbi in textu impresso habetur annus ducentesimus sexagesimus septimus in Ægyptios: in textu manu scripto emendato scriptum est annus. 369. Mēdositatem textus impressi, quē secutus est dominus Paulus, hac ratione per veram computationem sic ostēdimus. Manifestum est ex probatione dñi Pauli ep̄i & Ioannis Stofflerini Iulium emendasse calēdarium anno. 45. ante Christi natiuitatem iuxta consuetam annorū Domini cōputationem p̄ Chronographos descriptam. Si ergo addas p̄dictos annos. 45. annis dñi. 239. quo anno Censorinus sumit titulum & indicem suæ cōputationis: cōsurget numerus annorū. 284. Ergo ab anno correctionis calendarij vsq; ad p̄dictum annū Dñi. 239. fuerūt anni. 284. Censorinus vero dicit eum annū esse. 283. Ideo ipse Censorinus nō incipit annos Iulianos ab anno correctionis calendarij: q̄ fuit. 45. annus añ Christi natiuitatem: sed ab anno sequenti. s. promulgationis calēdarij: qui fuit annus. 44. anteq̄ Christus nasceretur. Idem annus promulgationis fuit annus necis Cæsaris: qui fuit interfectus anno secundo à correctione calendarij inchoato per duos menses & dimidium:

DE VERO DIE

quia fuit occisus die. 15. Martij. Ergo Censorinus accepit annos Iulianos à præcedentibus calendis Ianuarij necis ipsius, qui fuit annus publicationis & promulgationis calendarij, vt dictum est. A nece autem Cæsaris incipiendo à præcedentibus calendis Ianuarij vsq; ad monarchiam Octauiani fuerunt anni. 16. videlicet duo anni interregni: duodecim anni triumuiratus vsq; ad subiugatã Aegyptum: & duo anni vsq; ad eius monarchiam; qui simul fiunt anni 16. Si autem ab annis Iulianis. 283. subtrahas annos. 16. erit annus prædictus Augustanus. 267. vt scribitur in libris emendatis manu scriptis. Si vero subtrahas ab eis annos. 14. q; biennio antea fuit subiugata Aegyptus: erit annus iuxta Aegyptios. 269. vt scriptum est in emendato codice. Cum ergo dominus Paulus deceptus esset mendoso codice impresso, & non consyderasset veram computationem à se factam iuxta consuetam annorum Domini supputationem de emendatione calendarij per Iulium Cæsarem anno. 45. ante Christi ortum: non est mirum ipsum in hoc errasse. Dicimus ergo q; licet Eusebius in aliquo defecerit: non tamen per eum facta est deordinatio in annis Domini: nec anticipauit eos per biennium, vt affirmat dominus Paulus: quoniam non accepit annos imperij Augusti à cede Cæsaris, sed posterius per duos annos. Nam vt concludit dominus Paulus libro. 13. secundæ partistoraculo. 13. Eusebius incepit primum annum imperij Augusti à primo eius consularu, vel ab initio triumuiratus. Et ideo duos annos præcedentes interregni, quos annumerat Iulio: non adiecit Augusto, vt alibi falsò putauit dominus Paulus sibi ipsi cõtraria scribens. Itaq; ab inchoato anno imperij Octauiani à primo eius consularu cõuenienti supputatione Christus natus est anno Cæsaris Augusti. 42. qui tamen erat. 44. a nece Cæsaris s'm cõputationem Cornelij Taciti. Et mortuus est anno imperij Tiberij. 18. anno quarto Olympiadis. 202. Non ergo Eusebius cum alijs Chronographis errauit in annis Domini, nec biennio anticipauit eos. Sed ipse dominus Paulus plurimum errauit in postergatione annorum Domini: quoniam deordinat & confundit annos Christi extrahens ipsos ab annis conuenientibus Olympiadum & vrbs conditæ recte computatis. Nam ex eo q; dicit passionem Domini fuisse eo anno, quo nos ponimus annũ Christi. 36. sequitur q; tunc fuerit annus. 3. Olympiadis. 203. & tunc non fuisset illa mirabilis & supernaturalis eclipsis passionis Christi: quam etiam ethnici narrant fuisse anno quarto Olympiadis. 202. Ex eius etiam opinione sequitur deordinatio annorum

hebdomadam Danielis: de quibus nō est modo dicendum, quoniā de ipsis alibi scripsimus. Sequeretur etiam deordinatio in enumeratione annorū Domini iuxta vsum ecclesiæ: & q̄ plus est, sequeretur Christum passum esse in sabbato contra doctrinam euangelicam, vt probatum est. Plura etiam alia inconuenientia ex sua positione sequerentur, quæ breuitatis causa præterimus. Dum ergo ipse putauit per suam nouam adinventionem enodasse difficultatem de die passionis Domini: magis ac magis eam nodis fortioribus inuoluit.

D Cum autem agnosceret dominus Paulus suas rationes & cōputationes non esse sufficientes ad probandum suam opinionem: conuertit se ad somnium vel imaginariam visionem, dum affirmat sibi desuper oraculo demonstratū omnes Chronographos in annis Domini in duobus annis errasse. Si hoc fuisset diuinum oraculum & reuelatio prophetica: ytiq̄ adhibenda ei esset fides. Sed authore Paulo apostolo non omni spiritui credendum est: sed probādi sunt ipsi spiritus vtrum ex Deo sint. Quod autem eius oraculum non fuerit diuina reuelatione factum: sed potius humana adinventione confictū: ultra id quod continet intolerabilem errorem contra euangelicam veritatem, etiam hac ratione probari potest: quoniam reuelatio diuina menti prophetæ veritatem certam, non dubiam opinionē insinuat. Hoc autem eius oraculum non fecit eum certū: sed sub dubietate & opinione reliquit: cum opinio non habeat certitudinem: sed adhæreat vni parti oppositorum cum formidine alterius: vt ex eius verbis post libri sui finem in totius operis peroratione sua manifeste probari potest. Dicit enim ibidem. Horror etiam lectorem: quin immo rogatum eum velim: vt hæc scripta mea solita protestatione accipiat, non tanq̄ propositiones aut conclusiones, q̄a nihil asserere vel affirmare intendo: sed tanq̄ quæstiones & problemata, & quasi libamenta quædam, quibus ingenti animi adinventionem diei passionis Christi, stimulo veritatis indagandæ, incitari, prouocari, & instigari possint. Vt enim diuus inquit Hieronymus, non è diffinito asserimus quæcunq; scribimus: sed ea lectoris arbitrio derelinquimus: Sic & nos hæc scripsimus, vt præstemus diligentiam perquirēdi potius q̄ affirmādi temeritatem. hæc ille. Ex quibus verbis patet, q̄ non ex reuelatione diuina: sed ex humana adinventionem locutus est, quæadmodum loquuntur oratores & poetæ: qui varias adinventiones & similitudines cōfingunt vt facilius persuadeant quod verū putant humana æstimatione. Vnde & iudicio sapientum ipse dñs Paulus in hoc imitatus est Ciceronem: qui in libro de Rep. apte cō-

fingit somnium Scipionis, vt suis dictis tanq̄ diuino spiritu platis
 maior fides adhibeatur. Quod quidem somnium eleganter Macro
 bius exponit referens illud potius ad ingenium Tullij aptissime. cō
 fingentis; q̄ ad somnij veritatem. Quis non videat quanto ingenio
 dominus Paulus libro. 10. secundæ partis adaptrauerit sibi visionem
 illam amplā; quam confirmare nititur vno & quinquaginta oracu
 lis humanis, etiam ex libris Gentilium à libro. 10. secundæ partis
 vsq̄ in finē totius operis? In quibus oraculis plura sunt quæ facile
 improbari possunt; qm̄ in eis aliqua sunt sibi inuicē aduersantia. &
 cōtraria; alia quæ non plene concludunt rei ppositum; alia quæ fal
 sum cōtinēt; vel errore authorum vel etiam vitio scriptorū; alia quæ
 potius fundātur in adaptatione humana q̄ in rei veritate. Quæ oīa
 emendatione indigerēt; sed nos breuitati studentes nunc ea omitti
 mus. Quilibet autem lector ex eis, quæ superius probauimus, pote
 rit in eis cognoscere quæ sint emēdatione digna. Gratias tñ agimus
 domino Paulo, qui suo laborioso opere cui diu insudauit; dedit no
 bis occasionem indagandi & reperiendi veritatem; non virtute no
 stri ingenij, sed speciali auxilio Dei; à quo bona cuncta procedunt.
 Probationes autem nostras in scriptis redegimus non in sigillatio
 nem tanti p̄sulis; sed amore veritatis, quam summe diligimus, in
 totius ecclesiæ Christi ædificationem. Et quoniam ipse p̄sul do
 minus Paulus amator est veritatis, vt nobis certissimum est; inspe
 cta veritate assensum p̄bebit rationibus ipsam veritatem cōproban
 tibus; quoniam ipse in totius operis sui peroratione dicit. Si cen
 sores mei aliam viam indagandi diem passionis Domini magis ido
 neam docuerint; nullum mihi cum Chronographis certamen resta
 bit. hæc ille. Cum igitur aliam viam magis probabilem iam osten
 derimus; utiq̄ cessare debet eius certamen contra Chronographos.
 Siquis autem melius inuenerit, proferat in lucem; & nos veritati
 probabiliori cedemus. Ad rem nostram reuertentes concludamus
 propositum. Cum ergo luna. 15. primi mensis anni Domini. 36.
 quæ fuit in sabbato non conueniat passioni Christi, quia mortuus
 est non sabbato, sed feria sexta, & ex tali opinione tot & tanta absur
 da contra veritatem sequantur; censemus reprobendam esse talem
 assertionem. Peius errauit Marianus Scotus, qui reduxit passionem
 Christi ad annum Domini. 12. ponens eius natiuitatem antea; ex
 qua positione multo plura inconuenientia sequuntur. Quare con
 cludimus Christum vere passum anno vitæ suæ. 33. vti iam ad ple
 num Deo inspirante probauimus.

Totius uitæ Christi uerum tempus. Cap. 12.

A die mortis Christi iam uberrime diximus. Nunc restat ut breuiter dicamus aliqua de totius uitæ illius tempore. Et quoniam satis diximus de ipsius cōceptione & natiuitate quo ad tempus Cæsaris Augusti: ideo aliquid dicendum est, quo ad tēpus Herodis regis: cuius diebus natus est Dominus. Philo hebræus in Breuiario temporū Herodis tempora nobis insinuat. Nā ibidem describit oēs reges & Duces ac Pontifices Hebræorū, & quot annos præfuerint in regimine. Ultimū. n. dicit præfuisse Hyrcanum annis. 34. Quo capto à Parthis, ut ibi scribit relicta vxore ac filia & eius fratre Aristobolo: mox Herodes iubēte senatu Romano inuitis Hebræis regnum tyrannicum iniit sumpra sibi vxore filia Hyrcani capti à Parthis: Et declarato filio eiusdē Hyrcani Aristobolo Pōtifice, ut Iudæorum animos ad se inclinaret. Sustulit autem ex filia Hyrcani sibi vxore filios duos. Sed cū anno. 26. tyrannici regni sui, Herodes reuersum socerum Hyrcanum aduerteret more prisco regis salutarī ad Hebræis: illum sibi socerum, socerūq; atq; filiam sibi vxorem: & duos ex ea susceptos liberos & Aristobolum interemit: biennioq; post Hebræos multis calamitatibus afflixit. Anno vero. 30. principatus sui tyrannici, Zanedrim ex domo David deleuit: & Ananiam quēdam atq; Zanedrim ex Profelitis suffecit: qui nimum in lege videbātur eruditi. Tum & Salomen sororem suam & virum eius de tribu Iuda: itemq; proprium filium, quem ex vxore eiusdem tribus susceperat, interfecit: q; diceretur iam in lege promissus Christus natus. Fessi tandem Hebræi: vltro ipsi ac eius posteris regnum obtulerant iurantes in fide ipsius ac posterorū se se permanentes. Regnavit hic primus Herodes Ascalonita tyrannico principatu annis trigintauno: & legitimo sex. Hæc Philo Hebræus ad verbum. Hic igitur primus Herodes alienigena tyrannico simul & legitimo principatu regnavit annos. 37. ut etiam Eusebius & ceteri omnes communiter attestantur. Primus autem annus regni sui tyrannici ab Eusebio annotatur simul cum anno. 11. Octavianī Augusti: & annus. 32. qui fuit primus ānus eius legitimi principatus, ab eodem annotatur cum anno quadragesimo secūdo Cæsaris Augusti, quando conceptus & natus est Christus. Dum autē regnaret tyrannico regno: nondum ablatum erat regnum à Iudæis: sed statim eo tempore quo ipsi Hebræi fessi vltro ipsi ac eius posteris regnum obtulerunt, iurantes in fide ipsius ac posterorum se se permanentes. Et tunc ablato regno à Iudæis adimpleta est prophetia.

DE VERO DIE

Iacob dicentis Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Nam statim ablato Hebræorum regno, conceptus & natus est Christus in diebus Herodis Regis anno scilicet primo sui legitimi principatus. Et quoniam anno, quo cōceptus est, fuit litera dominicalis. B. vt superius cōputauimus: patet ipsum conceptum esse feria. 6. qm̄ die. 25. Martij quādo cōceptus est, assignetur in calēdario Romano litera. G. quę est sexta à litera. B. quę tunc fuit dominicalis. Patet etiam ipsum natum esse die dominicā: qm̄ die. 25. sequentis Decembris, qm̄ natus est, annotatur litera. B. quę tunc fuit litera dominicalis. Calendis autē Ianuarij sequētibus videlicet octauo die natiuitatis eius mutata est litera dñicalis & fuit. A. quę in calēdario annotat̄ calendis Ianuarij: ideo circūcisus est die dominica. Magi autē obtulerunt ei munera feria. 6. qm̄ in die Epiphanię signatur litera. F. quę est. 6. ab. A. litera tunc dominicali. Præsēntatus est autē in templo quadragesimo die à sua natiuitate feria. 5. Nā in die purificationis Marię die. 2. Februarij signatur litera. E. quę tunc fuit feria. 5. Annus autē cōceptionis & natiuitatis Christi nō fuit à correctione calendarij. 46. vt in sua tabula literarum dñicalium dominus Paulus annotat addens contra rationem in principio tabulę vnā literam. s. C. vt supra diximus: sed fuit annus. 45. vt nos annotauimus ratione sup̄ius dicta. Quapropter eo anno, quo conceptus est Dominus nouilunium primi mensis fuit die. 25. Martij: quo die cōceptus est Christus, scilicet in ipsa Neomenia. Nam anno. 45. à correctione calendarij fuit cyclus lunaris Cæsaris. 7. qui numerus annotatur in calendario Iuliano die. 25. Martij. Conuenientissime autem Christus cōceptus est in ventre materno die coniunctionis Lunę cum Sole: quoniam Christus verus iustitię Sol, tunc Lunę hoc est Marię virgini genitrici eius coniunctus est per carnis assumptionem. Sed quoniā dominus Paulus annotat Christi conceptionem anno. 46. à correctione calendarij contra rationem & contra seipsum, quia recte prius à correctione ad Christum quadragintaquinque annos cōputauerat: ideo etiā errauit in annotatione ipsius lunationis. Nam in septimo libro secundę partis dicit anno incarnationis dominicę interluniū primi mensis secundū medium motum fuisse die. 12. Martij cōpleta cum horis. 23. min. 28. secund. 20. Sed hęc lunatio fuit anno primo natiuitatis Christi hoc est post eius natiuitatē: cuius interluniū iuxta cyclum Cæsaris fuit die. 14. Martij cum è directo eius assignetur in calendario Iuliano cyclus lunaris. 8. In mense autem Decembri,

quādo natus est Dominus, iuxta cyclum Cæsaris interlunium fuit die. 15. eiusdem mensis: vbi signatur cyclus Cæsaris. 7. Ergo Dominus natus est luna decima eiusdem mensis videlicet die. 25. octauo scilicet calendas Ianuarij. Sed iuxta computationem domini Pauli tunc fuisset luna. 11. quoniam anticipat lunationes per vnum diē: eo q̄ putauerit ante Christi incarnationem fuisse bissextum: non tamen fuit, vt superius probatum est: ideo non erat necesse anticipare lunationes per vnum diem. Inter duos autem terminos vitæ Christi hoc est inter natiuitatem eius & mortem, solus euāgelista Lucas duo tantum tempora eius describit, scilicet annum duodecimum, quando remansit in templo: & annum trigesiumum quando baptizatus est. Christus cum parentibus ascēdit in templum in die festo paschæ cum esset annos. 12. hoc est dum ageret annum duodecimū, vt exponit Glossa & Ambrosius. Non enim compleuerat annū duodecimum, quia sic ageret annum tertiumdecimum: sed iam transierant de anno duodecimo tres menses: quia pascha fiebat iuxta æquinoctium vernale: & Christus natus fuerat iuxta solstitium hyemale præcedens. Ille annus fuit bissextilis, in literis. C. B. & luna. 15. primi mensis, in qua celebratur pascha Iudæorum, fuit die. 26. Martij die sabbati, vt patet per cyclum lunarem Cæsaris: qui illo anno fuit 19. & annotatur è directo diei. 13. Sed p̄pter bissextum interlunium fuit die præcedenti, scilicet. 12. in sabbato. Baptismus Christi fuit transacto eius anno. 29. & inchoato trigesimo, die. 6. Ianuarij. Sic enim dicitur Lucæ. 3. Anno. 15. imperij Tiberij Cæsaris: ipse Iesus quando baptizatus est, erat incipiens quasi annorum. 30. Prædicauit autem Saluator mūdi tribus annis, vt testatur martyr Ignatius in epistola ad Trallianos prima. Eusebius etiam in libro de temporibus idem affirmat. Post baptismum autem eius: & postq̄ fuerat in deserto. 40. diebus, inde prædicare cœpit. Et si diligenter computauerimus à baptismo Christi, hoc est ab. 8. idus Ianuarij ad eius passionē, quæ fuit. 3. nonas Aprilis: reperiemus intercessisse tres annos, & ferè totidem menses. Cum enim Christus, vt in superioribus probatum est, passus sit anno. 4. Olympiadis. 202. eodem anno in dimidia parte & paulo plus elapso. Et anno Tiberij. 18. de quo iam transierant septem menses cum dimidio: si retrocedamus per tres annos & totidem menses: reperiemus Christum baptizatum anno primo Olympiadis. 202. inchoato per tres menses & paulo amplius. Eratq̄ tunc annus Tiberij. 15. inchoatus per quatuor menses & dimidium. Cum igitur Dominus, vt probatū est, passus sit anno. 33.

vitæ suæ inchoato per tres menses: manifestum est quod quoniam baptismum accepit, impleuerat. 29. annu; & inceperat trigesimu per dies. 13. scilicet quatuordecim a die. 25. Decembris quoniam natus est: ad diem. 6. Ianuarij quoniam baptismum suscepit. Hoc autem recte confirmat dominus Paulus libro. 4. secundæ partis dicens. Quod anno trigesimo incipiente Christus baptizatus est Lucas euangelista insinuare videtur scribens Iesum dum baptizaretur extitisse quasi annorum. 30. volens significare eum tunc incepisse annum trigesimum: cuius verba hæc sunt. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum. 30. Neque hæc dictio quasi hoc loco significat idem quod ferè, vt arbitratus est magister Petrus de Riio: sed significat idem quod tanquam. In Græco namque habetur ὡς ἂν quod significat tanquam. Neque hæc dictio quasi construi aut referri debet ad hanc dictionem incipiens. Non enim esset oratio congrua, quod Iesus erat quasi incipiens annorum. 30. sed referri debet ad ea, quæ subduntur, scilicet. 30. annorum, vt sensus sit. Iesus cum baptizaretur, erat quasi hoc est tanquam annorum. 30. incipiens quidem annum trigesimum. Quæ omnia in Græco significantius exprimuntur: vbi sic legitur. καὶ αὐτὸς ἦν ὡς ἂν ἑτῶν τριάκοντα ἀρχὴ μ. σ. γ. ὧν hoc est. Et ipse Iesus erat tanquam annorum triginta incipiens quidem. Constat namque translationem nostram è Græco esse traductam. Idem sensit Hieronymus super Ezechielem. c. 1. sic inquit. Illud quoque intelligendum est quod in trigesimo ætatis suæ anno Dominus ad baptismum venerit. Idem sentit Apollinaris. Idem & Beda in commentarijs Lucæ: & Petrus Comestor in scholastica historia. Hæc dominus Paulus ibidem. Martyr & Ignatius in epistola ad Trallianos prima dicit. Triginta annos agens Dominus baptizatus est. Non enim dicit triginta annis peractis, sed. 30. annos agens quoniam actu agebat trigesimum annu. Neque ab hoc dissentit Erasmus in annotationibus in Lucam iuxta aliquos textus. Ioannes autem Chrysostomus & Albertus Magnus, quia tenent Christum passum anno. 34. vitæ suæ currere, coguntur dicere Christum baptizatum anno. 30. completo: & inchoato. 31. per 13. dies. Sed quoniam iam probauimus Christum non fuisse passum anno 34. eo quod luna. 15. primi mensis tunc fuerit die martis non die veneris: ideo reprobendam dicimus hæc opinionem de tempore baptismi Christi, vt pote contra euangelicam veritatem: & dicimus Christum baptizatum inchoato anno. 30. vt probatum est. Quia ergo Christus post superatas tentationes in deserto: deinceps publice prædicauit annis tribus: in quibus iuxta euangelium fit mentio de pascha Iudæorum quoniam prædicabat Dominus in templo in ciuitate Hierusalem.

rusalem: ideo horum annorū paschalia tempora describenda cense-
mus. Iuxta cōputationem cōnī Pauli in .7. libro secūndæ partis anno
Domini trigesimo, paschalis mensis oppositio quam quintamdecim
mam lunā vocant s̄m medium cursum, quo Hebræi vtūtur ad ciui-
tatē sanctam Hierusalē fuit sexta Aprilis die Iouis hora. 5. m. .z. 4.
secund. 37. Et qm̄ cyclus solaris fuit. 11. cōsequens est annum fuisse
cōmunem: & literam dominicalem fuisse. A. quare Christus feria. 6.
baptizatus est. Anno vero Domini. 31. luna. 15. paschalis mensis
fuit diem. 26. Martij & litera dominicalis. G. quæ tūc fuit dies lunę.
Anno autem Domini. 32. luna. 15. paschalis mensis fuit die. 13.
Aprilis die dominica, qm̄ fuit annus bissextilis in literis. F. E. cū eo-
dem die. 13. signetur in calēdario litera. E. quæ fuit dominicalis. Se-
cundum vero cyclum lunarem Cæsaris omnes prædictæ oppositio-
nes luminarium postergantur per vnum diem. Anno vero Domini
33. luna. 15. paschalis mensis fuit die. 3. Aprilis feria. 6. quia litera
dominicalis fuit. D. In qua oppositione simul cōuenit computatio
domini Pauli cum cyclo lunari Cæsaris. Anno autem mortis Chri-
sti currebat annus. 19. Herodis Tetrarchæ.

Obiectio & responsio.

Cap. 13.

A Biecit nobis laicus & ait. Rationes adductæ, licet mihi
plurimū satisfecerint: attamē quiescere nequeo, nisi mihi
de die passionis Christi, nodū soluas: qui mihi inexplica-
bilis esse videt. Plures antiqui doctores tam Græci q̄ lati-
ni magnæ authoritatis, doctrinæ, ac sanctitatis vitæ viri dixerunt
Christum passum esse. 8. calendas Aprilis: & in scriptis hoc relique-
runt. Nā Tertullianus hoc scripsit in libro contra Iudæos: Chryso-
stomus in sermone Ioannis Baptistæ: Augustinus lib. 8. de ciuitate
Dei c. ultimo: & in. 4. libro de Trinitate c. 5. Cyrillus quoq; ep̄s Ale-
xandrinus in epistola ad synodum Carthaginensem sic ait. Eodē die
Christus conceptus est in vtero & mortuus in cruce: dum in sexta fe-
ria mortuus est Adam in anima per peccatum in paradiso: eodem
die Christus obiit in cruce. hæc ille. Hos antiquos imitati sunt recē-
tiores, vt Albertus Magnus, & quidā alij. Cum igitur isti doctores
fuerint maximæ authoritatis, nō videtur eis contradicendum: & cū
fuerint profundissimæ scientiæ, non est eis resistendum tanq̄ si ipsi
in hoc errauerint: & cum fuerint perfectissimæ sanctitatis, non est
credibile, vt eos Deus in hoc errare permiserit. Tanto etiam robo-

re firmata est hæc opinio, & rätum inualuit, vt omnes cōmuniter te-
 neant Christum passum die. 25. Martij; & extra mensẽ Martij pe-
 nẽ nullus fatetur Christum passum, ita vt omnes dies veneris, men-
 sis Martij in magna sint veneratione apud omnes Christicolas. Ad
 hoc inq̃ facilis est responsio ex prædictis. Super omnia enim vincit
 veritas, vt dicitur. 3. Esdræ. 3. & ideo omnibus anteponeñdam esse
 dicimus. Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax, vt di-
 citur Ro. 3. Cum ergo prædicti doctores tanq̃ homines dixerint ali-
 quid quod opponitur euāgelicę veritati, vti superius probauimus:
 ideo, quantum ad hoc spectat, eorũ sententia refellenda est: & appre-
 hendẽda veritas euāgelica. Et licet ipsi fuerint magnę authoritatis
 apud homines: tamen authoritas diuinæ scripturæ omni humanæ
 authoritati præponitur: & omnis humana authoritas minima est
 comparata diuinæ celsitudini. Dicit enim Augustinus. 2. sup Gen.
 ad literam. Maior est huius scripturæ authoritas q̃ omnis humani
 ingenij perspicacitas. Licet etiam ipsi profundam sciẽtiã possede-
 rint: in quædam tamen falsa ex non sufficienti cōsyderatione huma-
 no, sensu, vt moris est hominum, inciderũt. Solum hoc authoribus
 diuinæ scripturæ competit, vt in suis scriptis ab ecclesia comproba-
 tis, nulla falsitas inueniatur. Dicit enim Augustinus in epistola ad
 Fortunatum. Neq̃ quorumlibet disputationes quãuis catholicorũ
 & laudatorũ hominum veluti scripturas canonicas habere debe-
 mus: vt nobis non liceat salua honorificentia quæ illis debetur ho-
 minibus, aliquid in eorum scriptis improbare atq̃ respuere: si forte
 inuenerimus q̃ aliter senserint q̃ veritas habet, diuino adiutorio vel
 ab alijs intellecta vel à nobis. Licet etiam prædicti doctores sanctita-
 te vitæ præfulserint: Deus tamẽ permisit eos in aliquem errorem in-
 cidere: tum ad eorum humilitatem conseruandam: tum etiam vt di-
 stinguantur authores diuinæ & canonicę scripturæ, qui speciali mo-
 tu spiritus sancti scripserũt: ab eis, qui licet adiutorio diuino libros
 ediderint: aliqua tamen in eis humano spiritu inseruerunt. Dicit enĩ
 Augustinus de scriptis suis loquens in prologo libri. 3. de Trinita.
 Noli meis literis quasi canocis scripturis deseruire: sed in illis & quæ
 non credebas; cum inueneris, incunctãter crede: in istis autem quod
 certũ habemus nisi certum intellexeris: noli firmum tenere. hæc ille.
 Cognouit Augustinus etiam se in multis errasse: & ideo librũ retra-
 ctationum cōposuit. Et Hieronymus in explanatione super Isaiam
 prophetam ca. 19. se ipsum correxit, cum ait. Melius reor propriũ
 errorem reprehẽdere: q̃ dum erubescō, imperitiam cōfiteri in errore
 persistere

persistere. hæc ille. Considerandum est autem quod sacri doctores non nulla scribunt ex leui opinione; quædam vero ex graui assertione. Ex leui quidem opinione, cum non probant quæ dicunt: sed simpliciter referunt quæ vulgo feruntur. Ex graui vero assertione cum efficaciter probant quæ tenenda proponunt. Chrysostomus ergo & Augustinus & prædicti reliqui doctores locuti sunt de tempore baptismi & passionis Christi ex opinione simplici, vt vulgo ferebat: quod patet ex hoc, quod non probauerunt dicta sua per computationes congruas. Nam, vt dicit Ioannes Stofferinus, antiqui doctores postponabant scientiam Astronomicam, & vacabant alijs doctrinis magis vtilibus: quæ eo tempore plurimum erant ecclesiæ dei necessariae. Vnde Augustinus super psalmum decimum cum proponeret quæstionem de Luna vtrum illuminetur à Sole, relinquit eam indeterminedatam tanquam difficilem & parum vtilem, dicens ibidem. In istis obscuritatibus magis negociosis quam fructuosis exercere animam, aut non libet, aut non vacat, aut animus ipse non valet. Quia ergo antiqui doctores non vacabant Astronomicæ disciplinæ, quæ tradit motum coelestium corporum: & ex consequenti ordinem temporum, quia tempus est numerus motus primi mobilis, vt ait Aristoteles: ideo non computabant diligenter ordinem ipsorum temporum: quare quandoque errabant. Et quoniam erant viri scientia præstantes ac magnæ authoritatis, eos imitati sunt plures recentiores authores absque alia supputationis consideratione: ideo non est mirum, si etiam ipsi in eundem errorem inciderunt. Nam qui sequitur errantem, necesse est vt etiam ipse in errorem cadat. Inter antiquos autem doctores Tertullianus, Iulius, Africanus, & Lactantius Firmianus cæteris grauius errauerunt: quia ipsi scripserunt Christum passum anno. 15. Tiberij Cæsaris, cum secundum euangelium Lucæ eo anno Christus fuerit baptizatus: & cum prædicauerit inde tribus annis: impossibile est, vt passus fuerit anno Tiberij. 15. sed. 18. vt Eusebius & Eutropius affirmant. Cyrillus autem, vt vulgo ferebatur, dicit Christum passum eo die quo & conceptus est, videlicet feria sexta. Quod verum esse comprobari potest, si referatur ipsa feria sexta ad diem hebdomadæ non ad diem mensis. Nam sicut feria sexta homo peccauit eo scilicet die quo & conditus est: ita Christus eadem feria sexta conceptus est: & simili feria sexta passus est: non tamen eodem die mensis: quia conceptus est feria sexta die. 25. Martij: & passus est feria sexta, die. 3. Aprilis. Sed vulgus ampliauit hoc dictum, vt intelligatur non solum de feria hebdomadæ: sed etiam de die mensis: quod est erroneum: &

iuxta hanc ampliacionem scripserūt Chrysoſtomus & Auguſtinus. Quòd autem vulgo fertur Chriſtum paſſum in mēſe Martij: ita verum eſſe poteſt: q̄ ipſe paſſus eſt luna. 15. primi menſis Niſan apud Hebręos: qui primus menſis apud Romanos dicitur Martius iuxta inſtitutionem Romuli: Qui mēſis eſt primus à Quintili & Sextili & cæteris: & tunc fuit lunatio menſis Martij. Sed ſi requiramus quo die menſis paſſus fuerit iuxta Romanum calendarium à Iulio Cæſare cõſtitutum: dicimus ipſum paſſum eſſe die. 3. Aprilis: & tunc erat iuxta Hebręos luna & die. 15. mēſis Niſan: quę erat oppoſitio luminarium menſis Martij, vt ſepe iam diximus. Euangeliftę vero nihil dicunt de mēſibus calēdarij Romani: quia tunc eccleſia Chriſti vtebatur mēſibus iuxta Hebręos, ſicut & Chriſtus vſus eſt. Sed poſt Chriſti reſurrectionē & aſcenſionem in cœlum: chriſtiani, qui Romę degabant, paulatim cœperunt vti calendario Romano. Deinde in cõcilio Niceno Romanum calendarium ſecuti ſunt: & præcipue poſtea cum Dionyſius Romanus Abbaſei aſcripſit aureū numerum: qui adhuc in eodem calēdario, quo vtimur, annotatur. Laudamus ergo eos qui Martij ſextas ferias venerātur & colunt in honorē & memoriam paſſionis Chriſti, eo q̄ ipſe paſſus fuerit feria ſexta martialis & vernalis lunationis. Hortamur etiã omnes fideles vt ſingulas ſextas ferias per totum annum in memoriam paſſionis Chriſti celebrent, eo q̄ feria ſexta paſſus fuerit: & ſua paſſione deleuerit peccatum primi hominis quod ſexto die à creatione mundi commiſerat.

B His dictis protulit laicus codicem, in quo dixit deſcriptas eſſe reuelationes cuiuſdam religioſi viri, in quibus cõrinebatur Cariftū baptizatum fuiſſe anno. 30. tranſacto & paſſum anno. 34. vitæ ſuæ corrente. Nolui ſtatim ad hæc reſpondere: ſed poſt aliquos dies perlecto libro, eidem laico præſente ſacerdote ita reſpondi. Legi inquam codicem hunc: & in eo inueni doctrinam nouam non conformē doctrinæ catholicorū doctōrū. In eo eſt reperi ſtili diuerſitatē ac ſi à duobus authoribus vno idiota, altero erudito editus eſſet. Aut ergo primus author libri huius illuſione diabolica ſeductus eſt: quod tamen affirmare non audeo: aut potius ab alio additione aliqua vitiatuſ eſt liber. Tunc ipſe ſacerdos ait. Publice fertur ipſum librum perueniſſe ad manus cuiuſdam præſulis eruditi: quem ego ipſe noui: & nuper audiui eum Romę defunctum: qui putauit ſua doctrina poſſe emendare, & vberius ac ſubtilius declarare ipſum librum. Cui ſuperaddidit quædam vera, & nonnulla falſa: quæ tamen putauerat eſſe vera. Atego eius verbis acquieſcens continuo ſubiunxi. Inter

alia falsa ibi describitur Martem proprio motu cursum suum peragere in sex annis: qui tamen vix duobus annis eum perficit: vt patet per tabulas astronomicas, quæ continent certitudinem experimētalem circa motus astrorum. Similiter ibi dicitur cursum Iouis perfici. i. 3. annis: qui tamen peragitur annis. i. 2. Plura etiam alia ibi falsa leguntur, quæ facile improbari possunt. Ex nostris etiam probationibus supra inductis patet esse falsum quod ibi scribitur de tēpore baptismi & passionis Christi. Cum ergo spiritus veritatis semper doceat veritatē & nunq̄ à veritate discedat, oportet dicere huiusmodi falsa vel à spiritu malo delata: vel potius ab homine, vt asseris, adiuncta. His declaratis & solutis obiectiōibus: laicus cessit affirmās se penitus conuictum: ac de vero tempore passionis & totius vitæ Christi ad plenum sibi satisfactū esse dixit. Quare summo Deo gratias agamus q̄ hanc veritatem suo munere nobis manifestare dignatus est ad fidei catholicæ veritatem comprobādam in communem fidelium vtilitatem: ac Domini Saluatoris gloriam, qui est verus Deus benedictus in secula.

Explicit opusculum de vero die passionis Christi,
ac tempore totius vitæ ipsius.

EPITOMA EMENDATIONIS CALENDARIJ ROMANI
pro pascha rite celebrando per Ioannem Lucidum natione Gallum.

Proccmium.

Dost disputationem de vero die passiois Christi ac totius vitæ ipsius tempore: mox rogauerunt me quidam veritatis amatores, vt opusculum ederem de reformatione collapsi calendarij pro vera paschæ celebratione. Quorum petitioni primo quidem non acquieui: sed ipsos monui vt legerent primā partem Paulinæ de recta paschæ celebratione, quam edidit dominus Paulus Germanus de Middelburgo episcopus Forosempronensis: in qua vberime de huiusmodi re tractat. Insuper cohortatus sum eos, vt præcipue legerent calendarium venerandi sacerdotis domini Ioannis Stofferini Iustingensis, viri solerti ingenio ac rationis iudicio præditi: nec nō & in omni penè doctrina eruditissimi. Cum autem ipsi rursus instarent dicentes prolixitatem eorum esse legentibus onerosam: respondi eosdem authores etiam breues tractatus de hac re scripsisse. Nam idem prænominatus episcopus Paulus scripsit epistolam de huiusmodi correctione Leonis decimo Pontifici: & prædictus sacerdos Ioānes propositiones descripsit

ad Lateranense Concilium tempore eiusdem Leonis. x. Et adhuc ex
 rant propositiones. 1 3. de eadem correctione collectæ ex multis di
 sceptionibus habitis per dominos ad hoc deputatos in prædicto
 Concilio: ex quibus ad plenum potest rei veritas inueniri: & vix præ
 dictis aliquid addi potest. Itaq; superfluum esse censui aliud opuscu
 lum de huiusmodi re scribere. At vnus ex eis ingenio acutissimus
 obtulit mihi librum sic inquiring. Si legeris codicem hunc, reperies
 in eo quædam quæ à prædictis descripta nō sunt; ex quibus cogno
 sces opportunum esse vt breue opusculum etiam tu ipse conficias.
 Legi librū cuius author est Albategnius Arabs vir sermone grauis
 & ingenio solers: qui obseruationes Ptolemæi Astronomi recto exa
 mine ponderans: eas in certio rem rei veritatem magna diligētia re
 duxit. Idem Albategnius direxit computationes suas post Ptolemæ
 um annis. 743. & ante Alphonsum Regem annis. 350. Nec perue
 nit eius liber ad Alphonsum, quia nondum ex Arabica lingua in la
 tinam versus fuerat. Postea enim traduxit eum Plato Tiburtinus:
 nec dum impressioni traditus est liber: & ipsius paucissima exempla
 ria reperiuntur. Vnum tamen eius exemplar peruenit ad manus Io
 annis de monte Regio, vt ex eius Epitomate in Almagestum Pro
 lemæi perspicuum est. Vtinam librum eundem legissent dominus
 Paulus episcopus Forosempronien. & dominus Ioannes Stoffleri
 nus astronomi peritissimi: ex quo utiq; certio rem doctrinam astro
 nomicam accepissent. Eum tamen rarissime citant, vel, vt puto, ex
 auditu aliorum, vel potius ex lectione epitomatis Ioānis de monte
 Regio. Quoniam ergo in eodē libro reperi quædam præcipua pro
 emendatione calendarij plurimum necessaria: ideo non solum preci
 bus amicorum, sed etiam eius doctrinæ veritate coactus sum epito
 ma describere de ipsa emendatione calēdarij pro recta celebratione
 paschalis solennitatis: quæ apud Christi fideles eximia & excellens
 super alias festiuitates esse comprobatur.

De vera anni quantitate ex motu Solis. Cap. 1.



E mendare collapsum calendarium Romanum & inuenire
 pascha recte non possumus: nisi prius cognoscamus verā
 anni quātitatem ex motu Solis: & eius vernum æquino
 ctium: ac lunationem verni tēporis iuxta quam paschæ
 solennitas per ecclesiam celebrari præcipitur iuxta illud ecclesiastici
 4 3. A luna signum diei festi. Ex his enim duobus magnis luminarij

bus cœli, mensuratur omne tempus in annis, diebus, ac mensibus. Ex motu quippe Solis raptu primi mobilis dies mensuratur: ex motu vero eius proprio metitur annus. Secundum autē Hiparchum & Ptolemæum, annus est reuolutio solaris motus à primo pūcto equi noctij vel solstitij vsq; ad idem punctum: licet aliter dixerit Thebit: qui affirmat annum esse reditum Solis ab aliquo puncto ecliptice mobilis in idem: siue reuersionem Solis ab aliqua stella fixa ad eandem. vt antiquiores olim dixerant. Difficile est autem veram anni quantitatem cognoscere, vt ait Ioannes de monte Regio in epitomate super Almagestum Ptolemæi libro tertio propositione secunda, & propter instrumentorum fallaciam: & propter motum trepidationis siue accessus & recessus: nisi post multorum annorum spatium: quantoq; inter duas obseruationes, maius temporis spatium intercedit, tanto veracius hæc anni quantitas reperiri poterit. Recē scamus modo quatuor authorum opiniones circa hoc: & quam ex eis, probamus veriore, illam sectemur. Julius quippe Cæsar ante Christum annis. 45. Calippum & Alexandrinos imitatus, Romanis instituit annum solarem constare ex diebus. 365. & quarta diei hoc est sex horis. Si autem hæc quantitas anni Iuliani veritatem habuisset ita q; hic annus continuisset præcise & expunctim sex horas ultra dies. 365. nunquam æquinoctia anticipassent sedes suas: sed firmas & perpetuas in calendario sedes obtinuissent: quia quolibet quarto anno dies vnus ex quatuor quadrantibus conflatus per bissextum præcise intercalatus, nullam æquinoctiorum euariationem admisisset: quare ratione æquinoctij nullus error in paschæ celebratione contigisset. Sed oppositum reperitur quòd quantitas anni Iulij non ad vnguem conuenit cum Solis annua reuolutione: hoc est cum tempore quod Sol à principio Arietis per duodena signa transiens in id consumit. Statuit namq; Cæsar in sua prima calendarij institutione æquinoctium vernum octauo calendas Aprilis, vt affirmat Columella de agricultura libro duodecimo ca. secundo. Idē dicit Plinius, Macrobius, Ioannes Chrysoftomus, Paulus de Migdelburgio, Ioannes Stofflerinus, & plures alij authores: licet Ouidius in tercio de Fastis dicat ipsum statuisse sequenti die. Sed vtrunq; verum est, quoniam æquinoctium tangit duos dies ex reseruatione horarum in quartum annum bissextilem. Anno enim bissextili tunc erat æquinoctium die. 25. Martij: sed anno ante bissextilem æquinoctium tangebatur diem. 26. eiusdem mensis. Tempore autem no-

stro, hoc est anno Domini. 1525. æquinoctium anticipavit per quindecim dies: & sedem habet nunc sexto vel quinto Idus Martij, hoc est decima vel undecima die ipsius Martij. Vnde omnibus parâin est quantitatem anni Iuliani excedere & maiorem esse vera quâtitate anni quæ ex coelesti Solis motu integratur.

2 Ptolemæus vero Alexandrinus, qui fuit anno Domini. 132. dictio-
ne tertia Almagesti de quantitate anni elicienda, definiuit annum
per motum Solis ab æquinoctiali, donec ad eundem redeat: & hunc
reperit continere dies. 365. cum quarta vnius, minus trecentesima
parte diei, hoc est minutis. 4. secundis. 48. Quantitas itaq; anni
Ptolemæi complectitur dies. 365. horas quinq; minuta. 55. secun-
da. 12. & minor est anno Iuliano min. 4. secund. 48. Secundû hanc
Ptolemæi supputationem in annis mille quingentis ab emendatio-
ne calendarij per Cæsarem, anticipasset æquinoctium tantummo-
do quinq; diebus: & nos videmus nûc iam anticipasse diebus quin-
decim. Hæc ergo anni q̄ritas coelesti quantitati solari nō conuenit.

3 Alphonsus vero Romanorum & Castellæ Rex, qui æram suam an-
notauit anno Domini. 1251. anni quantitatem eliciens, asserit an-
ni solaris quantitatem, continere dies. 365. horas. 5. min. 49. se-
cund. 16. & est differentia minus à sex horis in minutis. 10. secund.
44. Quæ aggregata per annos. 134. conficiunt ferè diem vnum:
hoc est horas. 23. min. 58. secund. 16. Secundum hanc supputa-
tionem, prædicta quindecim dierum anticipatio compleretur in
2010 annis duobus millibus decem. Itaq; hæc anni Alphonsi quanti-
tas coelesti quantitati solari non quadrat: quoniam ab anno qua-
dragesimo quinto ante Christi ortum, quando Cæsar statuit æqui-
noctium vernale die. 25. Martij vsq; ad annum Domini. 1525. in
quo nunc sumus, non intercesserunt plusquam anni. 1570. & ta-
men anticipavit æquinoctium quindecim ferè diebus.

4 Albategni autem in libro de motibus stellarum ca. 27. 52. & 53.
post Ptolemæum. 743. annis, vt ibidem ipse testatur, dixit annum
solarem continere dies. 365. horas. 5. min. 46. & duas quintas vni-
us minuti id est secunda. 24. & est differentia minus à sex horis in cē-
tesima sexta parte diei videlicet in. 13. minutis & tribus quintis vni-
us minuti, id est secundis. 36. ita vt vnus dies constituatur in. 106.
annis. Ergo iuxta hâc supputationem, æquinoctium anticipat per
vnum diem omni anno centesimo sexto. Hæc autem anni quanti-
tas coelesti quantitati solari maxime conuenit. Nam sic æquinoctiis

quindecim diebus anticipat in annis. 1590. quod probamus impletum tempore nostro. Nam ab anno quadragesimo quinto ante Christi ortum, quando Cæsar statuit æquinoctium die. 25. Martij vsq; ad annum nostrum. 1525. sunt anni. 1570. & hinc ad viginti annos hoc est anno Domini. 1545. quando complebuntur. 1590. anni ab emendato Iuliano calendario, videbimus æquinoctium esse decima die Martij, vt apparet in tabula libri decimi primæ partis Paulinæ. Hac ergo experientia longi temporis patet computationem Albategni esse verissimam: & ideo ipsam ab omnibus tenendam esse censemus. Cognouit Ioannes Stoflerinus annum Alphonsinum non plene conuenire motui solari, vt ipse testatur in suo calendario propositione trigesima octaua in calce ipsius. Ideoq; ipse dicit iuxta propriam opinionem in annis. 120. fieri anticipationem vnius diei, vt patet ibidem propositione trigesima nona. D. Qui si legisset librum Albategni de motibus stellarum, quem citauimus & legimus, vtiq; secutus esset eius opinionem: quæ ad amissum motui solari respõdet, vti iam probauimus. Quidam vero putant in annis tantummodo centum fieri anticipationem vnius diei: quam hætenus neglectam esse nouimus. De qua centesima neglecta loquitur Dantes in poemate suo paradisi cantu. 27.

De motu lune & cyclo eius.

Cap. 2.

Nunc de motu Lunæ & cyclo eius dicendum est. Motus Lunæ proprius ab vno puncto alicuius signi progrediens & transiens per. 12. signa zodiaci ac perueniens ad idem punctum sibi æqualem suum cursum iuxta Alphonsinam supputationem perficitur diebus. 27. horis. 7. min. 44. secund. ferè. 5. Sed ab vna congressione Lunæ cum Sole ad alteram quælibet lunatio iuxta medium motum eius, continet dies. 29. horas. 12. min. 44. secund. 3. tertia. 3. Ad inueniendas has luminarium coniunctiones, Alexandrini statuerunt numerum decennouennalem, quem nos aureum numerum dicimus adhuc annotatum in calendarijs nostris. Qui tempore concilij Niceni anno Domini. 323. ostendebat interlunia è directo diei cui obijcitur: sed propter imbecillitatem eius modo lunam quintam ostendit eo quòd in annis. 304. luminarium congressiones anticipant sedes suas per vnum ferè diem. Nam in quolibet cyclo lunari id est in singulis. 19. annis reuolutiones Lunæ anticipant totidem Solis reuolutiones hora prima min.

z 8. secund. 3. ex eo quòd. 19. anni lunares cum suis septem emboli-
 smis tantundem sunt breuiores. 19. annis solaribus cum suis quatuor
 bissextris &. 18. horis. Qui defectus computatus deinde in. 16. cy-
 clis qui faciunt. 304. annos, ascendit ferè ad vnam diem naturalem,
 hoc est ad horas. z 3. min. z 8. secund. 5 z. Aliquibus tamen astro-
 logis placet huiusmodi anticipationem vnus diei fieri in annis
 z 6 z. eo quòd in annis. 157 z. iam anticipauit per sex dies ab emen-
 datione calèdarij per Cæsarem. Hinc est quòd aureus numerus non
 potest habere firmam & fixam sedem in calendario. Quare ad inue-
 niendum lunationes recurrendum est ad tabulas astronomicas. Sed
 quoniam hætenus id factum non est: tam ex anticipatione æqui-
 noctij: quàm etiam lunationum: sequitur quod nos celebramus pascha vlte-
 rius quandoquæ per hebdomadam vnam: quandoquæ per quatuor, &
 aliquando per quinque. & nisi obuietur huic transgressioni processu
 longioris temporis fiet pascha æstiuo tempore.

De forma corrigendi æquinoctium uernum.

Cap. 3:

Formam & modum corrigendi calendarium primo quo-
 ad æquinoctium uernum, quod est anni principium, nunc
 oportet ostendere. In concilio Niceno anno Domini
 323. statuerunt patres æquinoctium ueris sicut in cælo
 inuenerunt, uidelicet die. z 1. Martij: nunc uero per anticipationem
 undecim dierum id esse cognoscimus die. 10. Martij. Ad emenda-
 tionem autem æquinoctij duplex forma & modus adhiberi potest.
 Prima forma est, ut maneat in sede sua, qua nostro tempore inueni-
 tur. Secunda, ut reducatur in suam ueterem sedem. Prima igitur for-
 ma est, ut scilicet figatur æquinoctium ad dies decimum & undeci-
 mum Martij, quibus hac nostra tempestate contingit. Versatur. n.
 & notatur intra limites duorum horum dierum: quare hi ambo & non
 vnus pro sede æquinoctij sunt constituendi. Hanc formam Petrus de
 Aliaco Cameracensis Cardinalis in Constantiensi Synode Germa-
 niæ obseruandam magnopere suauis: & Ioanni. z 3. si non papatui
 cessisset utique persuasisset. Quæ etiã ferè placet domino Paulo de
 Middelburgo ep̄o Forosempron. Est quidem facilis nullam uulgo
 perurbationem, offendiculum, aut nouitatem inducens: neque tabu-
 las astronomicas difficultatem quãpiam ingerens. Sic enim fecerunt
 sancti patres in cõcilio Niceno æquinoctium statuentes, quæ admo-
 dum id in cælo esse nouerunt. Obiectiones autem contra hanc for-

nam & earum solutiones breuitatis causa omitto: sed tu eas legere poteris in calendario Ioannis Stofflerini propositione. 39. sub literis. F. G. nec non & in prima parte Paulinae. Secunda forma figendi æquinoctij fieri potest, vt reducatur in sedem veterem determinatã in concilio Niceno videlicet, 21. die Martij per omissionẽ vndecim dierum, quibus ab eo tempore iam anticipauit. Et habet hæc forma plures species: de quibus tres duntaxat in medium proferemus. Prima est, vt de aliquo anni mense dematur vndecim dies: siue in principio mensis: siue in medio: siue in fine. Hæc forma fuit fermè Nicolai Cusani Cardinalis: & Hermanni Zoestij in concilio Basiliensi. Obiectiones contra hanc formam & earum solutiones lege in calendario Ioannis Stofflerini propositione. 39. I. nec non & in prima parte Paulinae. Secunda species huius formæ facilior est: nec populos turbabit, si in vndecim mensibus de quolibet mense subtrahatur vnus dies incipiendo à Martio & sic post annum in sequenti Martio reductum erit æquinoctium ad Martij. 21. diem. Tertia species huius formæ est vt intermittatur dies. 11. bissextilis in annis. 44. qui fiant omnes communes, ex quibus consumerentur illi vndecim dies sicut fecit Augustus, vt refert Solinus, & Macrobius. Nam cum Iulius Cæsar post emendatum à se calendariũ iussisset sacerdotibus, vt quolibet anno quarto intercalarent vnum diem: illi anno tertio intercalarunt per annos. 36. quo tempore cum debuissent intercalari nouem dies, duodecim intercalati sunt. Quem errorem deprehensum Augustus reformauit: iussitq; duodecim annos sine intercalatione decurrere: vt tres illi dies, qui vltra nouem necessarios temere fuerant intercalati, hoc modo possent repensari. Obiectiones cõtra hanc formam & earum solutiones reperies in calendario Ioannis Stofflerini propositione. 39. in literis. M. N. posset etiã reduci æquinoctium vernale ad diem. 17. Martij per subtractionem septem dierum: & sic nulla esset alteratio in literis dominicalibus: & nunquam tunc septuagesima eueniret ante octauam Epiphaniæ. Hanc viam tanquam cõmodissimam approbauerũt patres in concilio Basiliensi statuentes, vt adueniente anno Domini. 1440. ex mense Octobri septem dies in computatione calendarij subtraherẽtur: quod tamen seruatum non est. Siue ergo statuatur æquinoctium die. 10. siue die 17. vel. 21. Martij: ad figendum æquinoctium stabile, ne in futurũ accidat eius anticipatio hæc regula seruanda est per edictum pontificale: vt in omni centesimo sexto anno iuxta obseruationes Albategni intermittatur vnus dies bissextilis & fiant octo simul anni com-

munus. Sed quoniam annus. 106. non est ad intercalationem idoneus: sed annus. 104. vel. 108. ideo intermittatur dies intercalaris vna vice anno. 104. & altera vice anno. 108. & sic deinceps alternatim. Sed quoniam difficile foret populis predictos numeros mente retinere: saltem intermittatur dies bissextilis in quolibet anno centesimo, quoniam Romae celebratur solennis & maximi Iubilei centesimus annus: quod esset memoriale perpetuum omnibus etiam idiotis commune. Et sic euitabimus futurum defectum excepta particula sex annorum, quae in annis. 1800. multiplicata redderet vnum diem qui tunc anno. 1800. intermittendus non esset. Si tamen verum est, ut quidam asserunt, anticipari aequinoctium vno die praecise in omni anno centesimo: nulla deordinatio futuro tempore accideret per intermissionem vnus diei in quolibet anno centesimo: sed stabile ac fixum statueretur equinoctium.

De forma corrigendi cyclum lunarem.

C p. 4.



Osito igitur aequinoctio vernali in aliquo praedictorum dierum Martij, cognosci potest quae sit lunatio primi mensis, quando pascha Domini celebrandum est. Illa enim est lunatio primi mensis, ut Ioannes de monte Regio & alij attestatur, cuius initium aut medium est in ipso aequinoctio verno: vel initium vicinius eidem aequinoctio, siue praecedat, siue sequatur. Vnde omnis. 14. luna, quae cadit in ipso die aequinoctij vernalis vel proxime post ipsum aequinoctium ostendit, tunc pascha Iudeorum secundum legem Mosaicam. Sed ne ritum Iudaicum in omnibus imitemur: & pascha Domini semper celebretur die dominica, qua Christus a mortuis resurrexit: statutum est in concilio Niceno, deinde in Alexandrino, Antiocheno, Hierosolymitano, & alijs pluribus, ut pascha Domini celebretur a Christi fidelibus die dominica proxima post lunam 14. primi mensis. Ad inveniendam igitur aetatem lunae, in concilio Niceno ascriptus est numerus decemouennalis Alexandrinus in calendario Romano. Sed quoniam, ut diximus, lunationes in annis. 304. vel secundum alios. 262. anticipant ferè per vnum diem: & iam anticiparunt tempore nostro per quinque ferè dies ab ipso concilio: ideo ille aureus numerus, non ostendit congressiones luminarium sicut ostendebat eo tempore, quo ascriptus est calendario. Quare ad reformationem huius cycli exigeretur, ut omni anno. 304. vel secundum alios. 262. intermitteretur vnus dies bissextilis: vel antè per vnum diem aureus numerus annotaretur. Sed quoniam conseruatio aequinoctij praedicta, qua omni centesimo anno, dies bissextilis ommitteretur, impediret istam cycli


conseruationem: & hæc cycli cōseruatio illam æquinoctij turbaret, necesse esset singulis annis. 304. vel. 262. iterum cyclum reparare per sapientes Theologos & Astronomos. Vel posset fieri tabula s̄m astronomicam supputationē per mille annos vel vltra pro sola. 14. luna paschali, quæ scribatur in principio calendarij. Hanc tabulam digessit dominus Paulus in. 12. libro primæ partis suæ Paulinæ p̄ annos mille quingentos. Aliam breuiorem descripsit Ioannes Stofferinus in suo calēdario propositione. 39. Fe. Seruatis igitur omnibus prædictis documentis, deinceps nullius defectus in paschali celebratione sequeretur: & præcipue si oppositiones luminarium computarētur non s̄m medium motum: sed iuxta verum cursum, vt placet Ioanni Stofferino: quia tunc rectius pascha celebraretur. Hoc tamen totum pendet ex arbitrio & approbatione summi Pontificis & cōcilij vniuersalis ecclesiæ: quia quod omnes tangit ab omnibus approbari debet.

FINIS.

Series literarum.

✠ A B C D E F G H I K L M N
O P Q R S T V X Y Z AA BB

Omnes sunt quaterniones, præter BB ternionem.



Venetijs in officina Lucæantonij Iuntę Anno
M.D.XXXVI I. mense Septembri.